





37.

X. 24  
1694, 1

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> JURIDICA,  
<sup>DE</sup>  
**SPADONUM**  
**EUNUCHORUMVE**  
**JURIBUS CUM PRIMIS**  
**CONJUGIO EORUM,**

Vulgò  
**Kappaunen = Geyrath.**

P R I O R  
Quam  
Sub P R A E S I D I O  
**JOHANNIS BERENT,**  
**U.J.D.SERENISS.acPOTENTISS.**  
**ELECTORIS BRANDENBURGICI JUDICII**  
**AULICI CONSILIARII.**

*Publice Eruditorum Ventilationi submitit*  
**GEORG. HEINRICUS Meisselbach/**  
Pillav. Borussus.

IN AUDITORIO MAIORI  
D. XXII. Mens. Octobr. Anno M DC XCIV.

REGIOMONTI, TYPIS RELISNERIANIS.

PER-ILLUSTRI GENEROSISSIMO ATQUE  
EXCELLENTISSIMO DOMINO

DN. GEORGIO  
FRIDERICO à Greyken/  
EMINENTISSIMO IN PRUSSIA  
REGENTI, CANCELLARIO ET SUMMI  
TRIBUNALIS PRÆSIDI GRA-  
VISSIMO,

Hæreditario Domino in Wesslinen/ Wolfshöfen/  
Wesselshöfen/ Rödersdorff/ Pohren/ &c. &c.  
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

\*\*\* \* \*\*\*  
ILLUSTRI GENEROSISSIMO ET EXCELLEN-  
TISSIMO DOMINO

DN. SIGISMUNDO  
à WALLENROD,  
CONSILIARIO PROVINCIALI  
ET DISTRICTUS FISCHHUSINI CAPITA-  
NEO SUMME CONSPICUO,

Hæreditario Domino in Kremitten &c. &c.  
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

**PER ILLISTRIS, GENEROSISSIME atque EXCELLEN-**  
**TISSIME DOMINE CANCELLARIE,**  
**DOMINE CLEMENTISSIME.**

**R** Educem Te in Patriam, PER-ILLISTRIS DOMINE, tot inter plausis & innumera vota devotissimè salutare quòd conatus fuit, ne feras indignè. Lætor enim ex toto corde, quòd neminem amplius lateat, SERENISSIMUM Tuum, Virtutum Tuarum & dexteritatis Admiratorem, in isto Orbis ocello ad Invidiam usque Te clementissimè suscepisti. Promeruisse hoc honestissimæ Tuæ actiones & labores in publicum impensi. Quæ enim in hâc Provinciâ Tui fama & splendor non permeavit illustravitque Honoratio Nobilium subsellia? ut per duo ferè lustra jam CANCELLARII & Summi Tribunalis PRÆSIDIS munericibus defunctus fueris prudenter, justè, feliciter. Quod Aeneas Sylvius, mox Pius II. Pontifex Romanus ad Comitem de Basano Schlikium, trium Imp. Cancellarium in epistolis suis: *Imperator multum Tui est indigens. -- Per pauci tui similes. In honoratam oportet esse Curiam, nisi Tu honoreris.* Id PRINCEPS & PATRIA Tua de TE, Excellentissime DOMINE. Et quid multis? Nihil ita Magnificè de TE dici scribique potest, id Virtus quin superet Tua. Quâ veluti Navis gubernator ab omnibus scopulis & syribus Provinciæ nostræ Navim avertis, sauberrimisque Consilio in publicum Salutis portum transvehis.

Complectere jam hæc pagellas innatâ Tuâ Clementiâ, quæ tanto vincit coeteras Virtutes, quantò Tu omnibus Major es; Vale cum Generosissimâ Tuâ Familiâ & bene velis

**PER-ILLISTRIS TUÆ  
EXCELLENTIÆ**

*Minimo subiectissimoq;*  
*servo*

*Meisselbach.*

**ILLUSTRIS, GENEROSISSIME, EXCELLENTISSIME  
DOMINE CONSILARIE PROVINCIALIS,  
DOMINE GRATIOSISSIME.**

**U**T hoc, quicquid est, Chartacei muneris, TIBI consecrarem, ILLUSTRIS DOMINE, & obsequium, quod *Tibi* debo, exigit, & ut hæc, quæ *Tibi* offeruntur, meditamenta, sub Tuō simul Nominē & auspicio publici juris facta auctoritatis Tuæ leuto protegantur. Ut enim *Sanguinis Tui splendorem & Eminentiam* taceam, ea apud omnes est *Tui Nominis Fama & reverentia*, ut Virti quicunque Primarii TE ambient familiarem; quidn̄ ergo qui *Tui mecum* indigent præsidio? Tu, qui nascendo Magna meruisti, gradatim apicem condescendere decrevisti; Fortunā inde non remotus, cui Virtute proximus. Exquisitæ Politioris Literatura & Juris Omnis scientia, adquisita ex multis occupationibus publicis prudentia Te Principi accepit, Patriæ gratum, omnibus reddunt suavem. Ut tamen aliquam audacie meæ apologiam prætexam, unde veniæ apud Te mihi locum polliceri possim, est *Illustris Domine*, quod maluerim, ut publicum aliquid extaret mea in Te obseruantia monumentum licet exiguum, quam ut præclara Tua in Parentes meos beneficia ingrato sepeliri cederem silentio; quorum uti nunquam immemor, ita aternū ero Virtutum Tuarum & Generosissimæ Familiae Tuæ

**VIR EXCELLENTISSIME**

*Cultor atque Servus*

*humillimus*

*Meisselbach,*

I. N. S. S. & Individuae Trinitatis Amen!

## PRÆFATIO

ad B. L.

**N**diſtinctè matrimonia ſive *Eunuchis* ſive *Spadonibus* ſive *Castratis* ferè negant plerique; ad quos omnes enarrandos & ſingulos, licet leviter rem tangent & vel tribus absolvant lineis, face foret opus & viatico, ut cum Plauto loquar. Duriū loquuntur, qui inde communem hunc aſſenſum derivant, quod pecorum ritū ſe-quantur antecedentium gregem, pergentes non quā cundem eſt, ſed quā itur? Atqui nulla res majoribus nos malis implicat, quām quod ad rumorem componitur, optima rati ea, que magno aſſenſu recepta ſunt, quorumque exempla nobis multa ſunt. Inde iſta tanta coācervatio aliorum ſuper alios ruentium. Quod in ſtrage bominum magnā evenit, cum ipſe ſe populus premit: nemo ita cadi, ut non aliud in ſe attrahat, primi exiſio ſequentibus ſunt, hoc in omni vitā videas licet: nemo ſibi tantum errat, ſed ali erroris cauſā & auſtor eſt. (a) Quamvis enim in multis juris articulis tantæ auſtoritatis communis habeatur opinio, ut legi æquiparetur (b) & judices contra eam pronunciantes per imperitiam judicáſſe litemque ſuam feciſle arguantur; (c) Malē tamē legibus vel rationibus falſitatis convictam ſequuntur, (d) qui numerare malunt ſententias quām ponderare, eam enim, quæ pro cauſa qualitate æquiori & benigniori nititur juris interpretatione, meliorique

A

ac

(a) Seneca de vitâ beatorum C. 1.

(b) Tiberius Decian. vol. 2. Resp. 70. n. 14.

(c) Gail. Obsl. 153. n. 51.

(d) Ant. Mar. Corat. lib. 2. de comm. opin. t. 9. cas. 17. n. 86. & ſeq.

## PRAEFATIO.

2 ac fortiori est suffulta ratione, vel unius etiam I<sup>C</sup>ti præferendam esse multorum in unum idemq; conspirantium opinioni solidâ destitutâ ratione, solâque adjutâ auctoritate, vix saniorum quis dubitaverit. (e)

Quamobrem proprio ingenio & industriâ quilibet, ut hanc illamve juris materiam discutiat, nemo prohibetur; non ut omnia tentet & impugnet; hoc enim qui audet, ex certis sâpe incerta, incerta verò magis dubia etiam reddet, & dum aliena vellicat, neque meliora iis substituit, re ipsâ confitetur, se non veritatis studiosum, sed, uti Tertulliano hoc Philosphantium genus appellare placuit, gloria animal esse. Nihil enim potest tam verè dici, quod à quibusdam Disputatoribus morderi, nihil tam certum, quod à Pyrrhois & Scepticis in dubium vocari nequeat. Nescio, quâ odii virulentâ inescati non decenti modestiâ sed lingvæ dicacis lascivia & petulantí Calami crenâ Graves Sapientesque Viros, ut in calumniam pateant plûrimorum, ambitiosè perstringere, & verborum aculeis, quibus echinorum instar hirsuti sunt, & fortassis inter vepres & dumeta nati pungere ac lacerare nonnulli non erubefcant. Sed morbus hic prohdolor publicus est & contagiosus, unus hoc malo correptus multos inficit.

Veràm nec ideò periculum faciendum est scribendo, ut aliquid etiam fecisse & rectius Orbi eruditio obtrusisse videaris, Sane Judice Petrarcha (f) quotidie plures, quotidie pejus scribunt. Forsan utilias arares campum, Gregem pasceres, telam texeres, maria navigares. Multi quos natura Mechanicos fecerat, illâ invitâ atque obluctante philosophantur, contra, aliquos Philosophia aptos natos in aruis aut pascuis, in scannis Opifcum aut nau-

(e) Menoch. II. præsumpt. 71. n. 24. J. Coras. ad l. qui liberos.  
n. 121. & sq. ff. de rit. nupt. Jac. Phil. Portius vol. 2.  
confil. 42. n. 2.

(f) De remed. utr. fort. lib. 1. Dialog. 44.

PRÆFATIO.

nautarum transfrûs fortuna detinuit. Unde effectum, quod  
mirentur causarum insci, ut in mari medio aut raro, in sylvis  
inq[ue] officinis acris & erectâ reperiantur ingenia, cùm inscholis  
exigua atque dejecta sint: difficile enim vincitur natura, si vim-  
icitur, sed pro ingenii viribus, si pares labori adverteris, mate-  
riam & utilem & fortè non ingratam eligas & methodo facili  
& perspicuâ, quid sentiendum sit, veritatis & justitiae amore,  
post habitâ contradicendi libidine, liberè exponas; divertium-  
que ab alicujus opinione faciendo modestè in contrariam  
sententiam discedas.

Nos quod attinet, veniæ locum apud Te B. L. nobis  
pollicemur, si conatus hic exspectationi tuae per omnia non  
responderit; studuimus, quantum in nobis erat, causæ hujus  
justitiam assequi & veritatem, non figmentis eam obumbrare  
& subvertere, cùm oppressam respirare, suppressam resurgere  
sciamus; si consecuti non simus, voluntatis fuisse nostræ, per-  
sualum habeas, nihil tamen à nobis ita dictum putes, ut non  
plus tuis aliorumve tribuamus rationibus quam soli judicio  
nostro. Quis fuit scriptorum unquam, in quo non multi, ut  
parcissimè loquar, multa desiderarent, & in quo, licet pro-  
barent plurima, non damnarent aliqua? Voti mei metam  
facile attigero, nec paenitebit suscepti laboris, si nactus fuero  
æquos justosve censores; quorum amicam obstetricantem  
depolco manum; si excidam scopo, conservabit me in tran-  
quillitatis sede conscientia mea, qua unico exploranda veri-  
tatis studio & eam in aperto ponendi amore me ad scribendum  
animum appulisse scio: quæ cùm nemini fraudi esse debeant,  
non est quod metuam aut hanc Tibi materiam minus gratiam  
aut mihi indecoram fuoram.

Utilitatem hujus materiae multorum ante hac manu  
tractatae non omnium perinde ingenio expolita, quod con-  
cernit, etiam citra omnem commendationem ex eo eam

patere arbitramur, quod aliquot jam integræ partim Theologicarum Facultatum, partim privatorum aliquot Theologorum & ICtorum *quoad punctum matrimoniale* extent in utramque partem discussiones, judicia atque responsa; sed procul ab invicem & ingenio & sedulitate discrepantia; personati puta DELPHINI GONJUGIUM EUNUCHI, Hoibmanno (g) Viro Erudito sed rigido fortè *quoad hoc Censore, multis indignan-*  
*tibus* publicæ luci An. 1685. expositum. Eandemque sanè materiam, quæ nuper in Germaniâ, etiam Anno 1665, discussam & agitatam fuisse in supremâ Parisiensi Curiâ in causâ Dionysii Binotti Eunuchi, testantur Ephemerides Eruditorum. (b) Nimirum facile contingere potest, ut in hastiludiis, duellis, scelopeto aliōe armorum genere, injuriâ fortissimâ belli illam, unde Vir maximè dicitur, partem, testiculos quasi testes virilitatis (i) quis amittat imò sponte sibi conscientiâ sceleris vel impatientiâ carceris (quod & hic ante biennium contigisse novimus) ausū prorsus nefariô exsecare non dubitet; quibus casibus *utrum nuptie sint permittende*, quæstio est ardua sanè & gravis, Domino Strykio ICto per Orbem Inclito (k) judice, quamvis fortè nonnullis vix videatur de pane lucrando. Ridentur quippe vilissimæ meritò animæ, & seculi incommoda, despiciuntur habentur ab omnibus, qui dum in solo lucro defixa habent sua vota, meritis ditescunt jurgiis & clamoribus. Quibus non alia placent materiae, quam practicabiles h. e. secundum eorum interpretationem, unde oriuntur nummi, qui transcutunt in bursas ipsorum, eas esse optimas, è quibus unus casus sufficit ad ditandum hominem per vitam. (l)

Cœte-

(g) In Diff. de Benedict. nupt. cap. 4. §. 31.

(b) In tom. i. p. 72.

(i) Aegyd. Menag. de Amoenit. I. Civ. c. 40. p. 430.

(k) In notis ad Jus Eccl. Brunn. pag. 660.

(l) Giphian. in procem. Disp. Feud. n. 3. &amp; 9.

MENOCIA TYPICO  
PRÆFATIO.

Cœterū ex Basilio, Sancto & Magno sine controversiâ“  
Viro, quando de *Eunuchismo triplici agit*, hæc subjungimus.“  
Et nemo, *ait*, nos reprehendat, aut sermonem hunc cavil.“  
letur, quasi præter decorum Virgineum & plusquam fortas.“  
sis Virginum pudori conveniat, in speculatione masculini“  
sextis altius & diutiùs immorati sumus. Primum quidem,“  
quia nulla tam ævi rudis virgo est, quæ dum corpore pube“  
scit, non aliquid ejus sentiscat, è cujus latere avulsa est“  
Genes. 2. nam quamdiu quidem invalida, & ad naturalem“  
actionem immatura corporis membra sunt, lex quoque“  
peccati velut feriatur, & ejus forte operis ignorantiam“  
membris tunc in esse quis dixerit, etiamsi quam maximè“  
suâ sponte ad id, quod suum est, currit natura, quod & in“  
mutis animantibus videre est, quæ duce ac instigante naturâ“  
statim ad coitum feruntur atque gestiunt. Quin & pueri“  
adeoque infantes quidam membris licet imbecillis atque im“  
maturis deprehensi sunt virilem imitari concubitum. (m) At“  
ubi ad pubertatem venerint, & membris ad rem, ad quam“  
creata sunt, per ætatem idoneis & dispositis esse cœperint,“  
peccati lex protinus subrepit, singulis membris sua sugge“  
rens, membrorum legem contra mentis legem instruens &“  
in lege peccati unumquemque hominem captivans Röm. 7.“  
nullumque prorsus membrum est, quod cum lege Magistra“  
mitatur, ejus ad quod natura effectum est, vel naturæ potius“  
vitio aptum, peccati ignorantiam possit obtendere. Sed &“  
labia noverunt, ad quid in re amatoriâ usui sint & amanti“  
bus commoda & singula membra sexus quoque alterius“  
membra non minus quam se ipsa per naturam nôrunt. Nam“  
si naturam eorum usumque ignorant, nec actum eorum“

A 3

aut

(m) Vid. cas. notab. ap. Dñ. Stryk. in annot. ad Inst. ubi refert. de puer“  
VI. annorum, qui cum puellâ VI. annorum congressum habuerat  
& membrum imisserat. Et IX. annorum puerum gravidam reddi“  
dissé nutricem ex D. Gregorii relatione meminit Menoch. lib. 6.  
præsumpt. 90. n. 4.

6 CAP. I. DE VARIIS SPADONUM

„aut officium profecto concupiscerent. Minus ergo argui  
meremur, si quod etiam Virginibus notum est, licet id silen-  
tio prematur, opportuno tempore discussimus. Ad hæc ut  
etiam masculi ex naturam & ingenium ignorant, ne hæc  
eis ignorantia peccati fiat illecebra, non absque re aut rati-  
one ad earum securitatem, naturam, prout le habet, con-  
siderare est, & explicare; quò sint simplices sicut columbae:  
ta, velut serpentes, astuta. Matth. 10. omnem contra integri-  
tatem suam injuriam ex his factæ cautiores devitent, &  
pericula propellant.

CAPUT I.  
DE VARIIS SPADONUM  
EUNUCHORUMVE GENERIBUS.

SUMMARIA.

Spadones non rectè à spado vel spada dicuntur	n. 1	Quale de his Nazianzeni & Chry- sostomij judicium?	12
Semiramis an prima bujus homi- num generis inventrix?	2	Qui spadones & Eunuchi volun- tate & in quotuplici differen- tiâ?	13
Spadones apud Persas frequen- tes.	3	Spadones in sensu crasso quales Basilio?	14
Incerta eorum origo	4	Tales Valeſii.	15
An spadones à spathâ rectè di- cantur?	5. 7	Quos secutus Origenes.	16
Verum spadonis Etymon.	6	De Iſiusmodi Eunuchis Basili judicium	17
Qui spatharii, Archi spatharii, Protospatharii?	7	Ejusmodi Eunuchus Leontius	18
Investitura per spatham qualis?	8	Item Ambrosius Morales	19
Spadonus generalis in jure ap- pellatio.	9	Et non nemo apud Espen- ceum	20
Qui spadones naturâ?	10	Quo bodie referendi Eunuchi	21
Habreui Eunuchi Solis ditti	11	Musici	Qua-

### EUNUCHORUMVE GENERIBUS.

<i>Quales necessitate spadones &amp;</i>			
<i>Eunuchi?</i>	22	<i>Antiochenus</i>	7
<i>An iure belli introduci?</i>	23	<i>Quodnam Eannchi Etymon?</i>	32
<i>Notabile Theobaldi exemplum hostes virilibus amputatis dimittentis</i>	24	<i>Generalis Eunuchi appellatio quomodo iuxta Balsamonem defendatur?</i>	33
<i>Item Nigritorum ex Mosam- bicā</i>	25	<i>A quo non abit Funger. ICtus Frisius</i>	34
<i>Qui Tblibiae, qui Tblasie?</i>	26	<i>Quo sensu Hippocrates Scyt has Eunuchos nasci statuari?</i>	35
<i>Noratur Accursius</i>	27	<i>Dorotheus Antioch. Episcopus destitutus fuit utriisque testi- bus</i>	36
<i>Item Job. Brunnellus</i>	28	<i>Sylla &amp; Cotta uno</i>	37
<i>Vera derivatio Tblibiarum &amp;</i>		<i>Iste tamen duas uxores habuit, pluresque liberos</i>	38
<i>Tblasiarum</i>	29	<i>Uno etiam Dux Espernonius</i>	
<i>Quomodo ab hi Elstomia diffe- ranti?</i>	30	<i>Lud. Nogaretius</i>	39
<i>Ant. Augst. &amp; inter Medicos Euchsus &amp; alii generalem Eunuchorum appellationem volunt, non spadonum</i>	31	<i>Philippus Hassie Landgravius tribus instrutus.</i>	40
<i>Item Theod. Balsamo, Patriarcha</i>		<i>Castrati unde ditti?</i>	41

**S**padones malè à Spado vel Spaddā, vico Persico, quasi in 1  
eo primū homines castrari cœperint, juxta Stephanum  
& Donatum appellari, notavit cum aliis Ægyd. Mena-  
gius in amœnit. J. Civ. c. 39. voc. Eunuchus. Hinc nova hæc  
est nominis deductio Cujacio in lib. 17. Obs. 24. in fin. & inter  
ineptias rejecta à Riccio in Vindic. Jur. premiss. c. 4. Verisi-  
milis tamen, utut non vera Gerard. Joh. Vossio in Etymol.  
Lingv. lat. voc. spado. Sanè jam tum Semiramidem & fortè  
primam hōc hominum genere usam fuisse, Auctor est Am-  
mianus Marcellinus lib. 14. inter Aug. Histor. script. tom. 2. p.  
m. 310. Detestetur, inquit, memoriam Semiramidis Reginæ  
illius veteris, quæ teneros mares castravit omnium prima,  
velut vim injectans naturæ candemque instituto cursu retor-  
quens.

## 8 CAP. I. DE VARIIS SPADONUM

3 quens. Maximè verò Persas hoc impietatis genere delectatos fuisse, Petronius docet:

*Persarum ritū malē pubescentibus annis,  
Surripuere viros exspectaque viscera ferro,  
In Venerem fregere.*

Idemque Thraciae Regem *Cotyn* ausum esse, qui Adamantem formosum adolescentem in nefandæ libidinis exercitium excœvit, Aristoteles *y. Polit. 5.* refert. Id expeditum est, incertos esse Scriptores, cui primùm genti hoc inventum adscribant, alii enim Parthis, Assyriis alii, & iterum alii aliis assignatum volunt.

An verò Accursius, Petrus Comestor, & Hugo Cardinalis, de quibus Vossius in *Etymol. latin. voc. spado* & *voc. Eunucb.* spadonem ridiculè à *Spatha* deducant, res est, quæ dubio non caret. Quamvis enim hanc vocis etymologiam (de aliis non perindè dubitamus) ad superiorum seculorum inscitiam & barbariem releget Vossius, non tamen videmus, an tutò hac facere potuerit; Omnes enim, qui cum eō manibus quasi pedibusque in hanc transeunt sententiam, dum meliorem, quod & fas est, substituere student, in eō quoque 6 conveniunt, quod verum spadonis etymon sit ἀπὸ τῆς σπάδης h. e. vellere, contorquere. Sed qualiti, unde spatha σπάδη gladius seu instrumentum Accursio & aliis quo scilicet contorquentur testiculi & respondent pariter: ἀπὸ τῆς σπάδης vid, Vossium in *voc. spatha*; hinc καὶ σπάσμα item σπασμός micro gladii, nec non quod in corpore humano est convulum; Vid. *Grecos Auct.* & *Lexic.* Spathæ verò vocabulum pro vario instrumenti genere usurpatum esse, intelligas ex tom. 2. *Glossarii Latin.* Caroli du Fresne, voce *spatha* pag. 914. & 915. fin. Sed vel ex eō spadones à spathâ non absurdè dici, nemo negaverit, nisi qui veteris avi memoriam non excusserit, quod scilicet Spadones fuerint lecti & corporum Custodes, quâ de re infra suo

EU<sup>N</sup>UCHORUM V<sup>E</sup> GENERIBUS.

9

suo loco ; hi autem *Spatharii*, *Archispatherii*, *Protospatherii* cubicularii appellatione veniebant. vid. Chronicon Alexandrinum p. 692. & ex eō Du Fresne *a. l. conf.* Theod. Grasvinkel *de libert.* Venet. §. 21. p. 174. dubio procul, quod, qui hēc officio defungentur, (erant enim nomina dignitatum,) spathis accincti fuerint, h. e. gladiis; in quā significatione vox *Spathae* occurrit apud Aelium Spartanum *in vita Adriani* in tom. 2. Hist. Aug. Scriptorum p. m. 192. n. 17. ibi: capulo vix ebursive spatham clauderet. Et apud Julianum Capitolinum in *Maximinus Jun.* p. 232. Fecit, inquit, & spathas argenteas, tecit & aureas. Hinc investitura apud Compendium fieri solita per spatham S. Petri h. e. gladium *in Annal. Franc. Bertiniani Anno 877.* & continuat. *Aimoini cap. 36.* Qui ergo pro inepta prorsus, insulsā atque barbarā haberi debeat hēc derivatio, imo delirium appellari possit juxta Ricciū, non satis video.

8

Spadonum autem *generalia* appellatio est, quo nomine tam hi, qui naturā spadones sunt, item thlibiae, thlasiae, sed &, si quod aliud genus spadonum est, continentur per l. 128. ff. de V.S. NATURA spadones sunt, qui non arte vel industriā humanā tales facti sunt, sed licet membris genitalibus non destituantur, ex qualitate tamen semenis impotentes & ad rem venereum inhabiles nascuntur; si enim humanum semen pravae sit substantiae nec temperamento conveniente constet, anima vegetativa in formatione admodum aberrat, ita si materia frigida est atque humida, plus quam opus est, *inquit Hippocrates*, Eunuchos aut Androgynos seu Hermaphroditos inde nasci lib. de aér. loc. & aqu. scđt. 14. prob. 4. apud Janum Huartum, Medicum Hispanum in scrutin Ingēn. cap. 7. p. m. 164. Hujus generis spadonum mentio fit in sacris paginis Māttb. XIX.v.12. ubi

Do-

B

to CAP. I. DE VARIIS SPADONUM

Dominus Salvator, interprete in Matthæum *Hilario*, Eunuchos naturâ, necessitate & voluntate factos distinxit *conf.*

ii *Basil.* in epist. 87. ad *Simpliciam*. Istos, qui ex utero matris tales nati sunt, Hebræi vocant Evnuchos Solis seu à Numine factos, *vid. alleg. ap. Selden. de J. Nat. & Gent. juxta Discipl.*

ii *Hebr. lib. 5. cap. 16.* Quibus, quod in transitu dico, nullam *Nanzianzenus* continentia laudem attribuit: Quæ, *inquit*, igni gratia, quod urit, aquæ, quod deorsum fertur, nivi ob frigiditatem; Soli, quia splendet? splendet enim etiam si nolit, à naturâ, & ex conditore habens in *Oration. 30.* Quò respexit Chrysolomus aut quicunque est Auctor operis *imperf. in Martb. c. 19.* Illa, *inquit*, est gloria continua, non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur voluntas sancti propositi.

iii Alii verò sunt VOLUNTATE Eunuchi atq; spadones, & vel *spiritualiter* in sensu mysticô, quâ spontaneo puritatis amore, animum castrandum esse dicunt, quam rem Theologis dextrè examinandam relinquimus, nobis tamen ductu Juris Canonici de Mysticâ castratione ac de Voto continentia & ejus, quantum obliget vel non, Religiosâ superstitionâque observantiâ peculiarem Dissertationem

14 reservantes. Vel *Corporaliter* in sensu crastlo, quod genus castrationis & homuncionum *S. Basilus*, ignominiosum & perniciosum & neq; masculinum neque fæmininum vocat *d. epist. 87. ad Simpliciam*. Item improbam genitallium abscissionem, carnalem & Diabolicam coercionem

15 *in tr. de Eunuchismo triplici*. Quale impurissimum Eunuchorum genus quondam constituerunt *Valesio* juxta *Augu-*  
*stinum de heresi c. 37. & Epiphanius apud Claudium Espen-*  
*ceum lib. 1. de contin. c. 8. p. m. 83. & lib. 5. cap. 12. p. 680.* à  
Valesio Arabe sic dicti, qui extitere Anno post Christum

na-

## EUNUCHORVM V GENERIBUS.

ii

natum CCXL. secundum Theodor. Petrejum Scriptorem Pontificium in syllepsi Hæref. & Heret. in quem tamen Catalogum male Catholicos & Orthodoxos nonnullos retulit. His Valesiis, inquam, nuptiæ adeò erant invisa, ut ne inire eas possent, seipsoſ & hospites ſuos exēcarent, rati congressum mariti cum uxore rem execrandam Joach. Hil-debrand. de Nupt. Veter. Christian. lit. A. 3. Celebre etiam 16 inter Christianos eſt exemplum Origens Adamantiū, qui fecutus Valesios, exemplum non imitandum, juveniliū & simpliciū Christi de Eunuchis p̄ceptum Matib. XIX. intellexit, dum ſe ipſum evitare veritus non eſt vid. Epiph. nium in hæref. 64. Nicephor. lib. 5. Hift. Eccl. c. 8. Zonaras Annal. tom. 2. in Severo Imp. Quod & alii non dextrè intelligentes ſeipſoſ nimis improbè mutilarunt, hoc facto incontinentiam ſuam obliquè velut accuſantes. Nam qui<sup>17</sup> carnalis hæc voluptatis arma & instrumenta, ne p̄ſentia<sup>18</sup> munus ſuum exequantur, abſicit, ſic incontinentiam ſatiſ<sup>19</sup> ſuam maniſteſtat; quod exarmatū, non quia coire nolit,<sup>20</sup> ſed quia non poſſit, contineat ſin abſcissionem putant ad<sup>21</sup> animæ integritatē conferre, eruant oculos, tam multa<sup>22</sup> p̄pter animi ſalutem intuentes: amputent manus & pedes<sup>23</sup> obturent aures, ne quā harum partium peccati organum<sup>24</sup> fiat. At hoc ſiquidem furioſum eſt, & absurdum, peccati<sup>25</sup> cauſam non aliter auferri poſſe, niſi membris andique<sup>26</sup> reſectis, trunci iNSTar reliquum corpus fiat, & inutile<sup>27</sup> jaceat, quando ſic etiam ex phantasiis p̄cedentibus<sup>28</sup> mens deluſa peccet: oportet & corpus & membra, ceu<sup>29</sup> formata ſunt, ſinere & prudenti ratione moderari, ſic, ut<sup>30</sup> opus bonum voluntatis non neceſſitatis munus faciamus.<sup>31</sup>

Basilius ap. Claud. Espenc. lib. 5. de contin. c. 12. Perinde de Leontio, 18 qui per Arrianos poſtea in Episcopatum Antiochenum erat

B 2 .

ſub-

12 CAP. I. DE VARIIS SPADONUM

subvectus, refert Marcus Anton. de Dominis lib. 2. de Rep.

Eccles. cap. 10. §. 16. quod cum Presbyter esset, & suspecto

cujusdam juvenculae, quae Eustolia vocabatur, uteretur

contubernio, seipsum, ne eam ejicere cogeretur, castra-

19 verit. Hos inter alios imitatus est Ambrosius Morales

Patria Cordubensis, qui vesano impetu instigante ad refræ-

nandas libidines pariter sibi virilia amputavit, obque id à

Patribus Dominicanis, quorum sodalitio nomen dederat,

ordine motus, Vir Eloquentiae professione & Historiae

Patriæ editione satis alioqui clarus ap. Thuanum lib. 99. Hist.

20 ad annum 1590. Ad hunc quoque gregem referendus est

is, qui, cum ab amico ad peregrina loca proficidente

rogaretur, uxorem hujus commendatam sibi fideliter habe-

ret, ut diligentior ejus cultos esset, cultro virilitatem sibi

ademit, quod cum eâ sine cuiusquam suspicione cautè dor-

21 miret. Espenc. d. l. Voluntariis hisce spadonibus etiam

accensemus eos, qui, ut in arte musicâ excellere possint,

non rarò cum vita periculo sibi testes excendi patiuntur, hi

enim perinde ut mulieres ob ingentem temperamenti sui

frigiditatem, guttur ac vocem nimis delicatam ac subtilem

ex eô consequuntur juxta Galenum apud Huartum Me-

dicum in d. scrutin. ingen. cap. 13. p. 345. eô ipsò scilicet vox

attenuatur & ex masculâ robustâque in tenuem delicataim-

que convertitur aristotel. probl. sect. 11. quest. 16. 34. 65. 6<sup>o</sup>

sect. 10. q. 38. Huart. cap. 19. p. 594.

22 Alii NECESSITATE spadones sunt, quibus scilicet manu

tyrannicâ aut injuriâ belli ab hostibus aut alio quomodo

23 amputata sunt virilia. Ex quod etiam nonnulli Eunuchos

jure belli introductos censem, dum Victor, qui occidere

victos poterat, radicem velut propriorum affectuum &

necessitudinem captis admittit, ut eô securius rerum suo-

rumq;

rumque custodiam illis crēdere posset. Puffendorff. de J. N.  
 & Gent. lib. 6. c. 1. §. 6. in fin. De Theobaldo Umbrorum  
 Duce refert ex Luitprando Diacono Ticinensi Alciatus  
 lib. 7. parerg. jur. c. 23. quod is bellum gerens, adversus  
 Græcos Beneventum ténentes, omnes ex hostium exer-  
 citū captivos virilibus amputatis dimiserit, usq; dum mulier  
 quædam Beneventana eundem ita compellarit: *Quid,*  
 inquit, *Theobalde, semina egimus, ut bellum nobis indice-  
 res?* Haud quaquam nos Amazones sumus, sed Minerva  
 operibus dedita, armorum usum nullum tenemus, quid ergo  
*Virorum nostrum testes amputas, nosque nostris voluptatibus  
 privas?* sunt oculi, sunt nares, sunt manus, quid ad ea, que  
 nostro usui natura concessit, belli jura producis? cui etiam  
 Theobaldus petitioni tantum annoit, ut modum huic face-  
 ret castrationi. Evolvendo Historiam Indiae Orientalis in 25  
 part. 2., quæ Auctorem habet Job. Hug. Lintscotanum c. 43.  
 & Ikon. 4. legi de Nigris ex Mossambicâ, quos Caffres  
 vocant, quòd hi cum Æthiopibus variis invicem bellis  
 occupati, & victoriâ potiti, eos aliis præferant, qui vel  
 plures ceperint vel plures occiderint, atque ut de numero  
 cæsorum captorumve hostium testari possint, coram Rege  
 suo pudenda (verba recitabo ipsius Auctoris vel interprétia  
 Loniceri) hostibus captis præcidunt, iterumque eos dimis-  
 tunt, faciunt id, ne porro generent liberos hostes futuros,  
 paucenda exsecta probè desiccant, ne putredinem olida con-  
 trahant, sed ut durare queant. Ubi exsiccata fuerint, assum-  
 ptis illis in conspectum Regis veniunt, deferentes illi hono-  
 rem debitum præsentibus reliquis Primoribus ejusdem pagi;  
 tunc pudenda singula in os sumunt, iterumq; ea ad Regis  
 pedes in terram expuunt, quæ Rex cum gratiarum actione  
 humo attollit, atq; ut fortitudinis ipsorum aliquam remu-  
 nera-

## 14 CAP. I. DE VARIIS SPADONUM

„nerationem eis præsteret, ea honorarii loco Victori restituit, attribuens sionul illi titulum Equestrem. Victor pudenda à Rege accepta filo transmissio connectit, atque „pro monili seu torque aureo habet. Hinc si nuptias aut „aliam solennitatem, instituunt, sponsæ & cœteræ Equitis „hujus uxores conveniunt, atque de collo ejusmodi torques suspendunt, ac illæ hoc habitu incidentes vel totius „orbis se Reginas videri credunt. H. I.

26 Horum vero qui castrantur, alii sunt *Tlibie*, alii *Tblasie*; quæ vocabula græcæ lingvæ imperitos admodum exercuerunt. Johannes Ferrarius Montanus ad t. 7. de

27 Adoptionibus ad §. minorem natu. Vix, inquit, conjecteris modum ineptiarum, quas Accursius in uno verbulo conflavit, nam ab exordio licet confiteatur, se necire, & non immerito, qui sint thlibiae, tamen subjungit vel ferramenti genus esse, quo testiculi excindantur, vel eos, quibus virgula (fortassis quam syringam vocant) urina excitatur. Sed quod utrumque sit falsum, hinc facile patet, cum nulli legum sensui vel alterum convenientat. Eādem enim poenâ tenentur, qui thlibias fecerint, ac ii, qui castraverint, ait Paulus ICtus in l. 5. ff. ad L. Cornel. de scicar. Hinc Paulus Zachias Thlibias, ait, facere insulsè Gloffator interpretatur ædificare instrumenta, quibus homines castrantur, in quafi. Med. Legalib. lib. 2. c. 3. q. 7. ubi de Spadonibus & Eunuchis agit n. 36. qui tamen cum Glaflatore confitetur, se perinde græcæ lingvæ cognitione destitui ac propterea mayult cum hujus idiomatis peritis sentire, quam turpiter 28 cum imperitis errare, quos inter etiam reponit Joh. Brunell. quòd Thlibias & Thaladias legat Thlibiae nimirum dicuntur θλιβία τὸ θλιβεῖον ie. à premendo, quod nonnullis pressi & 29 elisi sint testiculi. *Tbladie* πυρὶ τὸ θλάς à frangendo, quod fra-

EUNUCHORUM V GENERIBUS.

15

fracti fuerint testiculi. Anton. Clarus Sylvius Advoc. supr. Cur. Paris. in comment. ad L. Reg. & XII. Tabular. Cap. 17. p. 427. Franciscus Connarus Lib. 2. Comment. Jur. Civ. cap. 15. pag. 205. *Tblibias* appellat, quibus testes attriti sunt, *Tblasias* quibus rupti, *Spadones* quibus evulsi, omnes tamen generali spadonum appellatione venire contendit. Cujacius ad l. 6. ff. de lib. 8<sup>o</sup> posthum. in tom. 2. oper. p. 600. naturali morbo steriles propriè spadones vocat, arte verò factorum ut castratorum tria genera constituit *Ectomias*, *Tblibias*, *Tblasias* vel *Tbladias*, Ectomias per excisionem, Thlibias per collisionem, Thladias per ruptionem fieri, hosque omnes generali appellatione spadones dici per LL. ibi all. rectè docet: *Ectomiarum* scil. etiam facit mentionem & 30 benè. Nam & ICtus supr. in all. l. 128. ff. de V. S. dicit: Spadonum appellatione contineri etiam, si quod aliud eorum genus reperiatur. *Extrusæ* derivant ab extirpatione ex-cidendo & in specie denotare volunt eximere sectione testi-culos, ut ectomiae dicantur, quibus exempti sunt testes & excepti vid. Jul. Cæs. Scaliger de subtilit. ad Cardan. Exercit. 277. n. 3. Manet itaque, laxiori spadonum appellatione venire omnes, quicunq; generandi aut colendi agri fâmi-nei damnum sive naturâ sive fortunâ casu, sive fato, sive facto, sive arte, sive morbo, sive sponte, sive ingratitiis suis patiuntur Riccius d. l. p. 76. Antonius tamen Augustinus interque Medicos Fuchsius allegati apud Zachiam d. 9. 7. n. 27. item Theophilus ad tit. Inst. de Adopt. nec non Har-menop. lib. 2. epitem. tit. 8. Generalem Eunuchorum potius quam spadonum appellationem volunt, quod & Theodo-rum Ballamonem, Patriarcham Antiochenum, qui in Annalibus Nicæa Cheniæ lib. 2. Imperii Iyachii Angelip. 439. Vir cā ætate Juris Consultissimus appellatur, fecisse anim-ad-

16 CAP. I. DE VARIIS SPADONUM

adverto in Schol. ad Canon. Apost. 24. Tria autem, *inquit*, sunt Eunuchorum genera: *Tribia*, qui ab infantiā genitales partes amiserunt, ut quæ eis à Parentibus expressæ & inutiles factæ sunt: *Spadones* qui à nativitate testiculos non habent. *Castrati* qui ferro exsecti sunt.

33 Hic verò notandum quoque est, quod vocis *Eunuchi* derivationem variii varie tradiderint. Quidam Eunuchos vocari volunt παρεῖ τὸ ἐντελέχειν quod benevoli esse & fidem multis servare didicerint, juxta Phavorinum παρεῖ τὸ ἐντελέχειν, quasi bonam mentem habentes. Secundum *Eustathii* etymologiam deducitur ab Εὐνῷ quod *orbatum* & οἰκία quod *coitum*, adeoque vi seu potentia coeundi destitutum denotat, quō ipso parum distat à spadone, tandem juxta alios ab Εὐνῷ i.e. *cubile* & ξένῳ *curare*, *affervare*, ut nihil aliud quam Lecti custodem significet; quod optimum est Etymon Vossio, *in voc. Eunuchus*. Fuisse enim eos cubicularios seu lecti custodes, infra demonstratum dabimus. Nos ultimam ut & Eustathii opiniones eō magis amplectimur, quō melius præsenti eas negotio applicari posse

34 adverimus. *Balsamonis* itaque generalem Eunuchi appellationem quod attinet, legibus quidem civilibus minime congruere confitemur, quippe juxta eas specialis est Eunuchorum, generalis spadonum appellatio. *Cujac. ad l. 6. ff. de lib. Et postb. heredib. in tom. 2. pag. 690.* At, quando is sumnum Nomothetam fortè respexit Matth. XIX. negari non poterit, Eunuchos, sicuti quoque ex aliquot Patrum supra adductis testimoniosis constat, ibi dici, tam natos de utero matris, quam castratos ab hominibus, nec non qui 35 se iplos propter Regnum cœlorum castrârunt. Cui etiam contradicere non licet, cum Veritas sit ipsa, ait Joh. Fungens ICTUS Frisius *in Lexico Latino Graeco voc. spado.* At,

17-

## EUNUCHORUMVE GENERIBUS.

17

inquit *idem*, homines cùm simus, hominumque scriptis & sententiis immoremur, & ad illa nostra hæc accommodemus, non vitio dabitur aut fraudi, si ex iisdem huc inferamus, quæ ab ipsis sunt probata & chartis illita, illæsâ tamen manente veritate Divinâ. H.I. Multominus itaque Juri Civili convenientius est, ut inter Eunuchos propriè referantur ii, qui licet testibus non careant, erigendi tamen & generandi potentiam non habent, quod cum aliis facit Mercatus lib. 3. de morb. mal. c. 5. Hippocratis motus 36

auctoritate, quod hic libro de aëre aquis & loc. Scytharum plurimos Eunuchos nasci scribat, qui verò in propriâ Eu-nucum significatione non accipit, sed ab effectu eos tales vocat, quasi perinde ut Eunuchi Veneri rite & cum effectu indulgere nequeant Zachias d. tr. l. 3. t. 1. q. 9. n. 18. confer.

Huartus d. tr. c. 21. pag. 614. seqq. adeoque frigidî potius quam Eunuchi appellari debeant; Regionem enim, quam Scythæ habitant, septentrioni subjacere, eamque supra modum & frigidam & humidam esse, ipse non negat Hippocrates, hincque ob infinitas nebulas ægrè iis solem contueri accedit, cumquè plus edant atque bibant, quam calor naturalis consumere queat, serum hoc ipsis frigidum humidumque causatur Huartus d. l. p. 616. Alienum quoque à Jure communi est, eos qui ob exiguitatem testium ad venereum non sufficiunt propriè ad Eunuchos referre vel quando quis haber membrum aridum, vel ad modum verrucæ, quod porrum vocatur, vel quod retrahit se in corpore aut membrum valde carnosum atque debile vid. Menoch. lib. 6. presumpt. 90. n. 6. Dantur autem quidam, qui utrisque 37 prorsus destituntur testibus, quemadmodum de Dorotheo Antiocheno Episcopo narrat Eusebius. Sylla & Cotta Auctore 38 Arrio Menandro in l. 4. ff. de re milit. eò habitû naturæ fue-

C

fue-

## 18 CAP. I. DE VAR. SPADON. EUNUCHOR. GENER.

fuerunt, ut unum testiculum haberent, & Sylla quidem non solum duas uxores habuit Metellam & Valeriam, ex quibus plures liberos suscepit, sed in Venerem quoque propensior fuisse dicitur *vid. Plutarchum in vita Sylle*. Zachias l. 2. t. 3. q. 7. meminit, se aliquem suspedio necatum vidisse, cuius cadaver anatomiae subjectum repertum fuerit unico 39 teste sed satis crasso donatum. Et *Johannem Ludovicum Nogaretum Ducem Espernonium* altero pariter caruisse ex fide Gvilielmi Bautrui, ex adverso autem tribus Philippum 40 Hassilæ Landgravium gavilum fuisse refert Menag. de amœn.

J. Civ. c. 40. De hoc autem Philippo Thuanus lib. 41. Hist. p. 447. ipsum tam inexhausti, inquit, ad Venereos usus succi fuisse, ut cum uxore solâ uteretur, & illa toties eum admittere non posset, vir alioqui castus, qui que vagis libidinibus minimè oblectabatur, ex ejus permisso negotio cum Pastoribus communicato concubinam unam superinduxerit, cuius consuetudine, ardore aliquantum perdomito parcus ac moderatius cum uxore versaretur. Ex prædictis itaque constare arbitror, quemadmodum Spadonum item Eunuchorum appellatio de J. Civili & alibi ac communiter sumatur.

41 Neminem etiam inficias iturum puto; eosdem castratos quoque dici, à castratione ie. eviratione seu debilitarione; Harmolaus Barbarus Patrit. Venetus in *Castigat. ad lib. 16. Hist. Natural. Plin. c. 40. n. 32. p. 269.* non quasi castè natos juxta Glossatoris etymologiam, *insulsam* non immerito Zachiaæ, barbarem Vossio voc. Eunuchus, *ridiculam* Bacchovio *ad S. 9. J. de Adopt.* Tales verò propriè castratos dicit Franciscus Conan. quibus cum testiculis penis est absclusus, ut nullam veneri operam dare possint lib. 10. c. 3. n. 2. p. 1160. juxta Balsamonem d.l. qui ferro exteti sunt.

C.A.

## CAPUT II.

DE CASTRATIONIS SCELERE  
ET POENA.

## SUMMARIA.

<i>In infantiâ facilius testiculi eli-</i>	<i>Nonnullis tertium genas homi-</i>
<i>duntur, crescentibus annis</i>	<i>num, mares exmares sc. di-</i>
<i>franguntur &amp; tandem planè</i>	<i>cuntur</i>
<i>exciduntur</i>	<i>16</i>
<i>N. 1 Modus castrandi apud Tur-</i>	<i>Hermotimi iustus super excisione</i>
<i>cas.</i>	<i>sui dolor</i>
<i>2 Castratio Damonis inventio</i>	<i>17</i>
<i>Basilio</i>	<i>In V. T. grave scelus, si femina</i>
<i>3 E nonaginta vix tres servan-</i>	<i>Viri contrectasset pudenda &amp;</i>
<i>tus incolumes</i>	<i>que ratio.</i>
<i>4 Facinus castrationis horren-</i>	<i>18. 19</i>
<i>dum</i>	<i>Israëlitis non licuit animal ca-</i>
<i>Memorabile Magni Mogolis</i>	<i>strare, ne infœcunda redderen-</i>
<i>Legati effatum.</i>	<i>tur.</i>
<i>6 Leonis Philosophi Irenæi &amp; Bal-</i>	<i>20</i>
<i>famoni de castratione judi-</i>	<i>An castrationis prohibitio exinde</i>
<i>cium</i>	<i>petenda, quia nemo mem-</i>
<i>7. 8. 9. Murimonium res veneranda</i>	<i>brorum suorum Dominus?</i>
<i>inter mortales</i>	<i>21</i>
<i>Musonii de naturali ad cohabita-</i>	<i>Quid De illâ obligatione tenen-</i>
<i>tandum appetitû</i>	<i>dum, wenn man seinen Hals /</i>
<i>Item Julii Clari Galiorum.</i>	<i>seinen Kopf zu Pfande setzt</i>
<i>L. Meniâ quid de castratione cau-</i>	<i>22</i>
<i>tum?</i>	<i>Job. de Lugo Cardinalis senten-</i>
<i>13 Castratio est nature mutilatio.</i>	<i>tia</i>
<i>14 Ex castratione redundunt semi-</i>	<i>23</i>
<i>homines, nec Viri, nec feminine,</i>	<i>Vera prohibitio ratio in amore</i>
<i>quod Génitio objectum</i>	<i>nostri querenda.</i>
<i>15</i>	<i>24</i>
	<i>Quantum ex eastratione dam-</i>
	<i>num sentiamus.</i>
	<i>25</i>
	<i>Amor sui ipsius licitus remis-</i>
	<i>sive</i>
	<i>26</i>
	<i>Ex eò Pythagoreorum quedam</i>
	<i>præcepta ex aureis carminibus</i>
	<i>petimus</i>
	<i>27</i>
	<i>C 2</i>
	<i>De</i>

20	CAP. II. DE CASTRATIONIS SCELERE	
	De conservatione membrorum	
	nostrorum sententia Auctoris	
	tr. de Principiis Justi & De-	
	ceti 28	
	Quæ pena Castrationi statuta	
	Legibus Salicis? 29	
	Quæ inter capitula Caroli M.? 30	
	Quæ Lege Ripuariorum? 31	
	Domitianus Imp. castrationem	
	prohibuit. 32	
	Lex necessaria de non castrandis	
	maribus & quia à Magnatibus	
	mulieribus in delictis habiti	
	Eunuchi 33	
	Et quia Viri illustres eorum con-	
	tubernio usi ut feminarum, ex-	
	emplo Neronis 34	
	Domitianus ipse & Titus Vespasia-	
	nus Eunuchos dilexerunt. 35	
	Cocceji Nerve lex de non faciendis	
	Eunuchi remiss. 36	
	Quid hæc de re Neratii Prisci &	
	Annii Veri Coss. temporibus	
	cautum? 37	
	Paulus in recept. sentent. ultimi	
	supplicii meminit 38	
	Quid constitutione D. Hadriani	
	cautum, item Constantini &	
	Leonis? 39. 40. 41.	
	Eadem Venditori & Emptori Eu-	
	nuchorum pena statuta. 42	
	Eadem Tabellioni & Ottavario; &	
	unde hic ita dicatur. 43	
	Quid Justinianus caverit, quid	
	Leo VI. in Nov. 2.? 44. 45.	
	Ad dubium ex l. 27. ad L. Aquil.	
	Respondetur 46	
	Castrata animalia plerumque	
	preciosiora 47	
	Quinam ab his pœnalibus Consi-	
	tutionibus exempti 48	
	Potissimum morbo exœcti exemplo	
	Clementii 49	
	Probatur Can. 8. Concil. Constan-	
	tinop. 50	
	Quidam in pœnam castrati olim;	
	ut Obrutescentes. 51	
	Adulteri & fures 52	
	Pæderastæ 53	
	Mulierum oppressores. 54	
	Proditoris 55	
	Et quamobrem Henrici VIII.	
	Angl. Reg. etate nonnulli Cle-	
	ricorum? 56	

**I** Castrationem ipsam diversimodè expediri, quadam tenus ex dictis constare puto. Eliduntur in infantiâ, quod facilius est, at postquam ad pueritiam progressa etas, parentem illam redditus fortiorum, non sufficit eliso, sed frangi debent, ut sterilecant adhuc in germine. Sed si pueritia præterita ad terminos pubertatis accesserit; jam non franguntur sed exciduntur. Anton. Clarus Sylvius Advocat, supr. Cur. Paris. in

*in dict. comm. ad L. Regiam & XII. Tab. cap. 17. p. 427.*  
 Tavernier in *descriptione* des Serrails des Gross-Türken  
 pag. 5. hæc habet. Die Verschnittene werden auch in zwey  
 verschiedene Gattung getheilet / es giebt Weisse / die  
 man bloß auff sonst gewöhnliche Art verschneidet / und  
 Schwarze / denen man alles / was Sie männliches  
 gehabt / von dem Bauch weggeschnitten. Conf. Della Valle  
 part. I. pag. 58. a. & p. 20. b. Facinus sanè horrendum , 3  
 Dæmonis inventio & opus, castitatis nomen contra natu-  
 ram abscissione primum apud Gentiles excogitantis , &  
 tum etiam in Ecclesiâ eandem innovantis, utrosque my-  
 sticæ castrationis nomine & castitatis velamine impudicos  
 & impuros facientis , Basilius apud *Espencaum lib. 5. de*  
*Contin. cap. XII. p. 676.* Impia non immeritò Imperatori 4  
*Justiniano in Nov. 142. in prefat. actio dicta, cumque mani-  
 festo vita periculo conjuncta, dum sape numerò è multis vix  
 pauci evadunt incolumes, usque adeò, ut quidam ex his  
 qui servati fuerunt, sub aspectu Imperatoris deposuerint, è  
 nonaginta agre tres servatos esse in d. pref.*

Graye itaque scelus & abominabile sive sponte sibi  
 ipsis violentas hoc modò inferant manus, Dei enim crea-  
 tioni inimici, sui ipsius insidiatores fiunt & homicidae *can.*  
*XXI. & seq. inter sic dictos Apostolicos; de quorum aucto-  
 ribus & variis sententiis vid. Joh. Bekherr. in tr. de scriptis  
 Adespotis, Pseudepigraphis &c. sect. 3. pag. 69.* Sive alii  
 aliis hanc inferant injuriam, ut de *Theobaldo, Umbrorum  
 Duce & Nigritis Indis retulimus supra;* Dei opificio adver-  
 santur execrandumque facinus committere non verentur.  
 Ac certè memoratu dignum est, quod de *Magni, Dogolis  
 Legato* supra commemorarus *Tavernier* notavit d. pag. 5. 6  
 Ich erinnere mich / ait, daß der Abgesandte des Grossen  
 Mo-

22 CAP. II. DE CASTRATIONIS SCELERE

Mogols/ welcher in seinem Lande dergleichen unmenschlich  
Wesen nicht gestattet/ und die Verschinnete/ so er braucht/  
von andern Dingen herholen lässt / mich einsmahl's auf die  
Seite zog und zu mir sagte: es verlange ihm nach Hause/  
und zu seinem Herrn zukehren/ weil er fürchtete/ es möchte  
das Königreich Colconda nach so schrecklich verübtter Grau-  
famkeit untergehen. Ecquid scilicet eō ipsō aliud faciunt,  
quam quodd creaturam aliam, quam qualis conditori sapi-  
entiae placuerit, in mundum introducere contendant, uti  
7 Leo Imperator loqui amat in Nov. 60. Quid antiquam  
plasmationem Dei frustrentur & oblique accusent eum, qui  
fecit masculum & fæminam ad generationem hominum, Ire-  
9 naxus lib. 1. cont. Heres. cap. XXX. de Marcionitis. Quos  
enim Deus per liberorum creationem immortales quodam-  
modo effecit & in masculinum & fœmininum fabricatus  
est, dicens eis: crescite & multiplicamini & replete terram,  
ipſi aduersus Dei præceptum, eos aliquid aliud esse fecerunt  
per testiculorum ablationem Schol. Theod. Balsamon. ad  
10 Canon. VIII. in Synodo Constantinop. p. m. 568. Sanè nihil  
in rebus mortalium æquè venerandum est ac matrimo-  
nium: quippe ex quo liberi omnisque deinceps sobolis  
series existit, quod regiones atque civitatis frequentes redi-  
dit, unde denique optima Reip. coagmentatio fit Nov. 140.  
pref. pr. Nihil adeò ad conservandum genus humanum  
esse necessarium quam quod è Costa Viro attributum est  
subsidiū, cùm artifex ille, qui illud condidit, docet, tūm  
ipla natura divino documento attestatur. Novell. Leon. III.  
II confer, ejusdem Novella 26. Mufonius in libro: an Philo-  
sophum impediāt nuptia. Pudenda, inquit, bina ei adjunxit  
Opifex hominis, aliud mari aliud fœmine, demde cupidita-  
tem vehementem utrig. injectis conversationis & conjunctionis

CUM

cum altero ♂ ingens desiderium mutuum utriusque alterius concitavit, ut mas fœminam appeteret, fœmina marem? Nonne igitur sit evidens, quod utrumque sexum conservari jungique voluerit ♂ communi operâ vitam instituere seque mutuo juvare & gignere simul ♂ educare liberos ut genus nostrum perpetuum esset. Nam membra generationis sunt 12 membra, que habent proprias & distinctas operationes, immò dicuntur esse membra nobis, & per qua salvatur species humana, & ideo mutilans illa debet puniri tanquam inimicus nature; ait cum Bald. & Catald. Jul Clar. lib. 5. sentent. q. 68. §. fin. Pract. crim. n. 7. p. 297. Lege Mœniâ ita hanc 13 in rem cautum fuisse meminit Nonius Marcellus in cap. 2. de honest. ♂ nov. veter dict. voce: Eunuchare, si qui Patriam majorem Parentem extinguit, in eo est culpa, quod facit pro suâ parte is, qui se eunuchat. Huic itaque propagationi ac 14 naturæ intentioni obstacula ponunt, quicunque hanc homini corporis adimunt partem per castrationem, quam ideo naturæ mutilationem vocat Leo Imperator ind. Nov. 60. pr. Quisquis, ait Musonius apud Stobeum serm. 65. homines nuptiis privat, is abolet familiam, Civitatem & totum genus humanum, quod absque generatione non potest permanere. Atque profecto ex Veris hominibus, 15 sic quasi semihomines & imperfecti redduntur, quos quamvis in fœmineam eos mutari naturam velit Gratarolus cap. 4. de Physiogn. in fin. p. 497. Nec Viros dixeris nec fœminas cum Luciano in Dial. cui Tit. Eunuchus; quod & Genutio cuidam, qui sui ipsius sponte genitales corporis partes sibi amputaverat, objiciebatur apud Romanos vid. Valer. Maxim. lib. 7. c. 7. n. 6. Sed tertium genus hominem cum Cœl. Rhodigin. lib. 19. Lect. antiqu. cap. 12. Sunt Eunuchi, juxta Arnobium, mares ex mares, homines non 16 ho-

24 CAP. II. DE CASTRATIONIS SCHLERE

homines, Ægyd. Menag. in amœnit. Jur. Civ. cap. 40. pag.

434. Viri non sunt, quia non generant, nec mulieres,

17 quia non pariunt. Balsamon. d. loc. pag. 569. Sic Hermo-

timus ad Panionium, ex viro, ait, me neutrum reddidisti,

& quæ alterutrius sexus sunt præstare nequeuntem apud

18 Herodotum lib. 8. in Urania pag. m. 236. Certe sub Veteri

Ecclere atrocis accusabatur criminis fœmina, verenda viri

apprehendens, manus enim contrectantis abscindī jube-

batur. Deuteron. XXV. vers. 11. 12. nullā aliā, ut Marcus de

19 Mantuā in tom. 2. singul. Doct. singulari 502. pag. 99. conjicit,

ratione, nisi istā, ex quō idem auferre conata erat, quod

ad sobolem propagandam in creatione maris & fœminæ

instituerat Deus O. M. Atq; hāc procul dubio fini Castratio

20 Noachidis vetita. Imo in universum Israelitis nullum animal

ex lege castrare aut qualiacunque membra seminis ie. genera-

tionis præcidere aut infœcunda reddere licuisse; Rabbini

pluribus docent vid. Seldenus lib. 7. de J. Nat. & Gent. juxta

Discipl. Ebraor. cap. 3. pag. 840. & seq. ibique all. Josephus

lib. 2. advers. Apion.

21 An autem castrationis prohibitio in eō consistit, quod

sicut homo non est Dominus sui, sic nec membrorum

suorum? Ex quō etiam obligatio hæc nulla est: Man sezt

22 seinen Hals zu pfandt. Er wolle sein Leib und Leben /

Kopff/ Hand oder Finger verlieren/ wo dem so sey. Olden-

burg. de Oblig. Legum assert. 4. Aph. 16. Non enim possumus

nobis vendicare rem transferendam, quæ in potestate

nostrâ non erat, vitam, integrum scil. corpus, aut mem-

bra ejus, uti alioqui argumentatur Beemannus aduersus

validitatem pactorum hujusmodi cum Latrone in Medit.

23 Polit. cap. 5. §. 4. Homo, ait, Job. de Lugo Cardinalis, licet

potuerit accipere dominium aliarum rerum extra ipsum,

vel

vel quæ ab ipso distingvuntur, non tamen ab ipso potuit accipere dominium sui ipsius, quia Dominus est aliquid relativum & nemo potest esse sui ipsius Dominus. Nam Dominus semper dicit superioritatem respectu illius, cuius est Dominus in *Diss. X. de Just. & Jur. sect. 1.* Et recte: saltem Legis Civilis prohibitio in l. 4. in f. ff. ad L. Cornel. de Sicariis inde haud convenienter peti posse videtur non nullis, *quod quis non sit Dominus membrorum suorum*; quia sequeretur, quod Dominus posset castrare servum, quod tamen ibi prohibetur; quod ratiocinio utitur Paulus Christianus in *Comm. ad L. Municip. Mechlin. tit. 1. art. 5. p. 40.* At enim verò juxta Divinam & J. Naturæ prohibitionem 24 nequis castrationem in corpore suo vel ipse perficiat, vel sponte ab aliis eam sustineat, *in amore nostri* veram quærendam esse rationem, haud dubitavero. Hic enim uti Jus defensionis nobis suppeditat, non opinione nobis, sed innata quādam vi persuasum & constitutum. *Nam omnis est honesta ratio expedienda salutis — Hoc & ratio Doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa prescripsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, à corpore à capite à vitâ suâ propulsarent;* juxta Ciceronem in *Orat. pro Milon.* confer. Albericus Gentilis *hb. 1. de J. Belli cap. 13.* Sic hoc quoque desiderat, ut omnia & propterea etiam hujus generis membra ferta conservemus tectaque. Quantum, ait Huartus Medicus Hispanus in *scrutin. ingen.*<sup>25</sup> *cap. 19. p. 594. & seqq.* damni pariat homini istarum partium licet exiguarum privatio: multis probandi mediis haud est opus. Testatur enim nobis experientia, illi, qui his orbatus fuerit & pilos & barbam decidere & robur eius viresque corporis & calorem naturalem perire & misericordiorem pejorisque conditionis existere, quam si mulierem

26 CAP. II. DE CASTRATIONIS SCELERE

„natura cum effecisset. Sed quod magis etiam notandum  
„venit, quum ante insigni ingenio multaque habilitate præ-  
„ditus fuerit, posteaquam exlecta ipsi penititia sunt, inge-  
„nium perdere incipit, perinde ac si intra ipsum cerebrum  
„notabile aliquod vulnus receperisset, id quod evidenter est  
„argumento, quod isthac pars omnibus corporis partibus  
„temperamentum & det & auferat. Quod si quis non  
„credit, consideret, ut quidem ego pluries feci, è mille  
„spadonibus, qui literarum studiis operam addixere, vix  
„unum aliquem doctum evaluisse, ac planum est, quam  
„rudes omnino in musica sint: quæ tamen propria ipso-  
„rum professio est, ratio est, quod musica imaginativæ est  
„opus, quæ postea multum caloris exigit, cum tamen hi  
„frigidi humidique sint. H.J. Confer. Quintilianus lib. 5.

26 Inst. Orat. cap. 12. circa fin. Eò majori itaque studio pro  
conservatione horum membrorum laborare debemus, quæ  
fluit ex amore sui ipsius non vituperabili de quo vid. Arist.  
lib. 9. Ethic. cap. 8. & ibi Acciajolus & Anton. Riccobonus  
in suis commentar. Beumannus in Lin. Doctr. Moral. cap. 15.  
& alii; quò majus sentimus ex jactura eorum detrimentum.  
De hòc sui ipsius amore loquitur Philosophus 2. Magn.  
Moral. cap. 11. *Ipsi nobismet ipsis maximè volumus bona,*

27 *ut simus scil. Et bene simus.* Ex eò derivamus illa Pythagoro-  
raorum præcepta, quæ in aureis vulgo dictis Carminibus  
continentur: *Ea facito, que tibi non noceant.* Illa persicito,  
que tibi postea molestias non excident. Nemo tibi vel verbo  
persuadeat vel facto, agere, dicereve aliquid, quod tibi non  
sit conducibilius confer. Robert. Scharrok de finib. Et offic.

28 secundum naturæ jus Cap. 6. n. 1. p. 361. Non ineleganter  
Auctor Dissertationis de principiis Justi Et Decoris, quæ  
Apologiam continet Civis Hobbesiani p. m. 33. *“Ante  
omnia*

## ET POENA.

27

omnia autem, *inquit*, in me comprehendo esse summum<sup>“</sup>  
 studium conservandi memet salvum & incolumem: huic<sup>“</sup>  
 studio subserviunt appetitus edendi, bibendi, vindictæ,<sup>“</sup>  
 affectus amoris & doloris, denique omnes animæ passio<sup>“</sup>  
 nes: & conducit ad expletionem istius appetitus totius<sup>“</sup>  
 corporis fabrica & organorum subordinatio: ita, ut aut<sup>“</sup>  
 plane illæc omnia frustra sint, aut fatendum sit, Dei<sup>“</sup>  
 voluntatem esse me meaque, quæ in creatione mihi con-<sup>“</sup>  
 cessit, conservare salva & integra. Sub hâc autem vitæ<sup>“</sup>  
 membrorumque conservatione non tantum ea compre-<sup>“</sup>  
 hendi oportet, quæ vitæ & membris incolumentem præ-<sup>“</sup>  
 stant, sed etiâm ea, quæ naturali eorum usui repugnant,<sup>“</sup>  
 vitanda esse eâdem ratione docetur, aut quæ subvertunt<sup>“</sup>  
 eum finem, ad quem nos vitæ, membrorumque & facul-<sup>“</sup>  
 tatum homini propriarum natura dicit. H. J.

Cùm itaque nefarium sit, atque Divinæ voluntati &  
 rectæ rationi repugnans castrationis facinus, Legislatores  
 suis in Rebus publ. id inultum relinquere noluerunt, sed ad  
 coercendam hanc audaciam & improbitatem poenias statue-  
 runt sat graves. Inter Salicas quidem leges tit. 31. §. 18. & 29  
 19, pecuniariam tantum reperio hanc: si quis ingenuus in-  
 genuum castraverit aut virilia truncaverit, ut manus fiat,  
 IV. den. qui faciunt sol. C. culp. Jud. si verò ad integrum  
 tulerit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. Jud. Item inter 30  
 capitula Caroli Magni Imperatoris, quæ Legibus Salicis  
 addi jussit apud Goldastum tom. 3. Constit. Imp. p. 147. cap. 5.  
 rubr. de mancatione qualibet: si quis alterum præsumptione  
 suâ vel sponte castraverit, & ei ambos testiculos amputaverit,  
 integrum Widrigildum suum juxta conditionem persone com-  
 ponat. Si virginem abscederit, similiter, si unum testiculum,  
 medietatem solvat. Lege Ripuariorum; si ingenuus ingenuum 31

D 2

castraf.

28 CAP. II. DE CASTRATIONIS SCELERE  
castrasset trecentis solidis multabatur tit. 6. §. 1. Legis Ripua.  
32 riorum vid. Not. Gotbofr. ad Nov. Leon. 60. n. 18. Sed &  
sua jam aetate Domitianum Imperatorem mares castrari  
33 prohibuisse, Svetonius refert in Vita Domitianic. 7. Quippe  
non solum Reginis & Magnatibus mulieribus in deliciis  
erant Eunuchi; eam enim istae flagrabant cupiditate, quam Gellia  
quedam de quam Martialis ad Panicum scribit, quae volebat  
atrectari non parere apud Franc. Connanum in Comm. J.  
Ciro. lib. 2. cap. 15. p. 206. ac vel propterea lex illis temporibus  
de non castrandis maribus necessaria. Hugo Donellus  
34 ad t. C. de Eunuchis n. 51. pag. 335. Sed & detestabili prorsus  
modò Principes atque Illustres Viri eorum usi sunt  
contubernio, non secus ac foeminarum. Sabinae Conjugis  
suae Romanorum Imperator Nero tanto post obitum illius,  
an per imprudentiam an volens calcibus oppressæ desiderio  
teneri coepit, ut puerum libertum Sabinae venustate formæ  
simillimum, cui Spori nomen, exsecari jussiterit, eoque pro  
uxore usus fuerit. Xiphilinus è Dione lib. LXII. Hisb. Rom.  
35 in Nerone. Ipse sanè Domitianus Earinum Eunuchum amaverat impensiùs, quoniam autem Titus Vespasianus effectos  
quoque plurimum dilexerat, vetuit in ejus contumeliam,  
ne quis imposterum intra fines Imperii Romani castraretur  
36 apud Dionem lib. LXVII. in Domitiano in pr. Coccejum  
quoque Nervam legem de non faciendis Eunuchis tulisse  
37 vid. ibid. in lib. LXVIII. post princ. Et Neratii quidem  
Prisci atque Annii Veri Consulum temporibus Scito cau-  
tum erat, ne quis servum castrandum traderet, secus pro parte  
dimidiā bonorum multaretur l. 6. & l. 3. §. 4. ff. ad Leg.  
38 Cornel. de Sicar. Paulus autem ICTUS RECEPTAR. SENTENTIA-  
RUM lib. 5. tit. 23. §. 7. ultimi planè supplicii meminit. Qui  
hominem, inquit, invitum libidinis aut promercii causâ  
castra-

castraverit castrandumve curaverit, sive is servus, sive liber  
sit, capite punitur. Honestior publicatis bonis in Insulam  
deportatur. Verum ex Constitutione *Divi Hadriani*, ad 39  
quam provocat Ulpianus in l. 4. ff. ad *Cornel. de siccari*, per-  
inde est sive invitum sive sinentem quis castraverit, uterque;  
& castrationem perficiens, & qui se sponte castrandum prae-  
buit, L. Cornel. de siccariis tenetur cum bonorum publica-  
tione. *Constantinus* Imperator non solum capitali eos 40  
suppicio, qui in orbe Romano Eunuchos fecerint, affici,  
sed & locum, ubi hoc commissum fuit Domino sciente &  
dissimulante, *confiscari* voluit in l. 1. C. de *Eunuchis*. Ac 41  
quando Leo Imperator in l. 2. C. eod. *gravissimam* adversus  
eos statuit poenam, qui Romanæ Gentis homines, sive in  
barbaro sive in Romano solo Eunuchos factos emere ac  
vendere ausi fuerint, aut qui hujusmodi emptionis seu  
cujuslibet alterius alienationis instrumenta conscriperit,  
aut qui octavam vel aliquid vestigalis causâ pro his suscep-  
perit, exceptis barbaræ Gentis Eunuchis extra Imperium  
Romanum factis, non aliam nisi *mortis* poenam indigitari  
volunt juxta *Glossam* ad d. l. 2. Ex quô simul intelligitur, 42  
eandem emptori & Venditori irrogatam esse poenam; ple-  
rumque enim commune crimen emptoris & venditoris est,  
si quid veneat contra leges l. 1. ff. ad l. *Fab. de plag.* l. 1. C. de  
*Cupressis*. l. 10. C. de *Curs. publ.* eadem etiam *Tabellioni*, 43  
eadem Octavario seu Publicano; qui ita ab Octavâ exigendâ  
vocabatur; tale enim vestigal impositum erat venditioni  
Eunuchorum l. 16. §. 17. de *Publican*.

Sacratissimus Justinianus noster criminis hujus perse- 44  
cutionem in J. Novissimo, hanc fieri voluit, ut: si vir  
castraverit, ipse similiter castretur, non prorsus iniquè,  
quippe vix tres illorum ex nonaginta mortem effugiebant;

30 CAP. II. DE CASTRATIONIS SCELERE  
ac si *incolmis* evaserit, *in gypsum mittatur*, per omne vita  
*sua tempus* ibi mansurus, si *mulier* castrare non verita fue-  
rit, ipsa in exilium mittatur, ac præterea *bona illius*, qui  
queve hoc fecerit *Fisco addicantur*, & si *servus* sit, qui castra-  
tus est, is eō ipso liber efficiatur, dominiumque ejus amittatur:  
ac pari poenâ affici vult eos, qui mandaverint id  
fieri, aut qui obtulerint personam locumve ad id facien-  
45 dum. *in Nov. 142.* Leo VI. Imperator autem *in Nov. 60.*  
clementiorem quodammodo sententiam respicit, dum na-  
turae hujusmodi insidiatores mutilatione vicissim mutilari  
prohibet, sed eos qui castraverint, flagris cuncteque tenuis  
tensione deformari, atque bonis privatos exules esse, eos  
verò qui mandaverint, aut castrationi hominis auctorita-  
tem præbuerint, decem auri libris in fiscum deferendis  
multandois inque decennium relegandos, ac si in albo  
Imperatorii famulatus sint, præterea albo prorsus eximen-  
dos statuit; servum autem, qui injuriam sustinuit, liberum  
pronunciat; liberæ conditionis hominem, si sibi ipsi hujus  
injuriae auctor fuerit, suo, quod passus est, consensu acce-  
ptum ferri jubet. Quam sanè Leonis constitutionem  
plerique etiam ICtorum in summâ æquitate fundatam non  
immerito contendunt.

46 De coetero non obstat *lex 27. §. 28. ff. ad L. Aquil.*  
ubi castrati pretiosores fieri dicuntur, quia scilicet servi  
castrati, ut *supra* vidimus, habiti sunt in deliciis & mulie-  
rum custodes fuerunt. Menochius de *Arbitr. Judic. quest.*  
& *caus. lib. 2. cent. 6. caus. 570. n. 13.* Resp. propterea ex  
L. Aquili quidem non tenetur, si ex castratione pretiosior  
factus, potest tamen, qui castrationem fieri curavit, inju-  
riarum vel in quadruplum ex Legibus XII. Tab. actione  
scil. in factum d. §. 28. & gl. *ibid.* vel ex Edicto Ædilitio

con-

conveniri d. §. 28. quia semper turpis virilis abscissio judicata est Peretz ad t. C. de Eunuchis n. 1. & quia forte morbos factus est per l. 7. ff. de edil. edit. juncta l. 6. §. 2. &  
l. 38. §. 7. eod. secus ac animalia in usus humanos condita,<sup>47</sup>  
quæ castrata majori plerumque usū sunt, quam integra,  
quod in equis, bobus, vervecibus apparere volunt. vid.  
Becmannus in Doctrin Moral. cap. XI. §. 3. p. 173. Item in  
mulo, qui ex castratione neque morbi neque vitii quid  
habere videtur vid. d. l. 38. §. 7.

Quod reliquum est rectè exemptos ab hâc legum ex-<sup>48</sup>  
ecutione vult Cujac. ad t. C. de Eunuchis (1) eos de quibus  
Justinus Martyr in secundâ apologiâ pro Xianis ibi: sine per-  
missu Praefidis & eô fine quendam ex nostris preces sive  
libellum Imperatori obtulisse (2) si Barbari in barbarico  
solo castrati, eorum enim in orbe Romano licitum est  
commercium juxta LL. supra alleg. (3) qui cum Clementio 49  
juxta Zonaram in can. 24. per morbum in eam partem  
irrumpunt; cuius rei elegantem suppeditat rationem Leo  
in d. Nov. 60. in fin. Id enim, inquit, naturam non muti-  
lare, sed illi succurrere est. Sicut fieri solet in calculo. 50  
Brunnem. ad l. 1. C. d. Eunuchis, &c. in Canon. 8. synod.  
Constantinop. I. Quemadmodum enim Nicene prima synodi  
canon, eos qui morbo exceti sunt, non puniit propter mor-  
bum; sic & nos nec sacerdotes, qui agretos castrari mandant,  
condemnamus, nec Laicos, qui propriis manibus ad castratio-  
nem utuntur, reprehendimus, hoc enim morbi esse medelam  
non autem creature insidias fieri, vel opificium injuria affici  
existimamus, apud Theod. Balsamoni p. 568.

Sed & id observatū non est indignum, quod quidam  
legum auctoritate castrati fuerint in pœnam. Apud Con-<sup>51</sup>  
stantin. Harmenopulum lib. 6. Procheiron t. 4. hæc legas:  
obru-

32. CAP. II. DE CASTRATIONIS SCELERE ET POENA.

obrutescentibus, hoc est, qui jumenta inscendunt, penis refe-

52 cator. Perinde castratione mulctati servi in adulterio & furto deprehensi in L. Salicā; de priori casū in tit. 27. §. 4.

ibi: si servus cum ancillā alienā macchatus fuerit, & de ipso

crimine mortua fuerit, servus ipse aut castretur aut CCXL.

den. qui faciunt sol. VI. culp. Jud. p. 26. è Bibliothecā Pithœi;

apud Goldastum in tom. 2. Conſtit. Imp. p. 7. de posteriori

in tit. 42. §. 4. ibi: Et si in ipso suppicio furtum fuerit con-

fessus aut castretur aut CCXL. den. qui faciunt sol. VI. solvat.

53 apud Pith. p. 40. apud Goldastum d. h. p. 11. Eodem genere

poenæ affiebantur Pæderasta in Lege Wisigoth lib. 3. t. 5.

54 §. 5. 7. & apud Theophanem pag. 151. Mulierum oppresso-

res in LL. Will. Nothi apud Bromptonum p. 982. & Kryg-

55 thonum anno 1087. Quandoque & Proditores, quorum

quidam oculorum. & genitalium amissione mulctatus apud

56 Sugerium in Ludovico VI. p. 308. Henricus VIII. Anglo-

rum Rex tempore dissensionis Regni sui & Pontificis Ro-

mani edictum promulgaverat; ut Clericus qui literas banni

Papalis deferret in Regnum, oculos & genitalia amitteret.

Itemque Presbyteri, qui tempore Interdicti cantare nolue-

rint, genitalibus privarentur apud Goldastum in tom. 3.

Conſtit. Imperial. pag. 346.

CAPUT III.

DE JURE SPADONUM EU-  
NUCHORUMVE CIRCA CONJUGIUM.

SUMMARIA.

Controversie de Eunuchorum	Plerique hoc conjugium absur-
Conjugio his temporibꝫ Barth.	dissimum est & Divine Inſi-
Soritisius Dresdens. Aule Ca-	tutioni adverſum Sc. 2
merarius dedit occaſionem i	Ordo qui hic servabitur. 3

Ra-

SUMMARIA.

Rationes ADVERSUS CONJU-		Castratione animus libidinosus	33
GIUM. EUNUCHI (Prima ab		non auferat secundum Be-	
auuthoritate Jurium (1) J. Di-		mannum.	18
vini	4		
Eunuchi Malieribus fricticibus vi-		Terentiana Meretricula de Eunu-	
dentur similes	5	chi impotentia judicium.	19
(2) J. Canonici	6	Mulieribus salacibus in deliciis	
(3) J. Civilis	7	sub pretextu impotentiae juxta	
Omnino autem Imperatoris Le-		Juvenal. & Clement. Alexan-	
onis Nov. 98. tale matrimo-		drius.	20
nium damnat	8	Propterea à Turcis in totum exse-	
ctantur.		cantur.	21
Ille quia absque Ecclesie ludibrio		Vta. quod congressus cum Eunucio	
illud: crescite & multiplicamini		in famina libidinem augeat &	
adhiberi nequit in initiatione		metus adulterii subsit.	22
tatum conjugum	9	Congressus conjugalis tendere de-	
Uita: à fine matrimonii principali,		bet ad generationem sobolis,	
qui bīc ne sperari quidem potest,		secundum Clem. Alexandr. &	
& propterea ejusmodi conjugia		Augustin.	23
Beza sunt homicidia	10	Vta; quia ne mutuum quidem	
Qui juxta Hebreorum traditio-		adjutorium in hac coniunctione	
nem à precepto contrahendi		locum habet.	24
nuptias sint exempti?	11	RATIONES PRO CONJUGIO	
Crescite & multiplicamini, an se-		EUNUCHI.	
tantum habeat per modum		Præcautio prima: nobis non esse	
benedictionis, an etiam man-		sermonem de aliis Eunucis,	
dati?	12	quam qui ex castratione passi	
A Mose ad Mosen non surrexit		sunt injuriam	25
sicut Moses, quomodo intelli-		Præcautio secunda: quidam Eunu-	
gatur?	13	chorum integris in universum	
Frustra in Eunuchi coniunctione		virilibus privati.	26
fructificatio intenditur.	14	Alii altero teste destituuntur, sed	
Vta quod ne quidem libidinem		in his virtus prolifica uni-	
extinguat in Ennuchis	15	tur	27
Eunuchs suspirans apud Syraci-		Alii ambobus, omni etiam arri-	
dem.	16	gendi facultate simul amissâ	28
Petulantior juxta Arnobium.	17		

E

Alii

## SUMMARI.

- 34
- Alii Veneris simulum sentiunt, sub distinctione* 29  
*Conjuges futuri & justam etatem*  
*babeant & corporis integritatem.* 30
- Aliqui jure à nuptiis arcentur,*  
*aliqui naturā, quatenus natura*  
*defunt, que nuptia desiderant*  
*aut contrabendae aut contrahē*  
*cum Donello.* 31
- Illi inter Eunuchos à conjugio non*  
*repelluntur, qui Venerem ex-*  
*ercere possunt.* 32
- Ut de hoc constet, an permittendū*  
*ut, ad quod Sorilicus se*  
*obtulerat, quis tenteret cum puerellā*  
*congressum?* 33
- Venetis aliquando noluerunt Ad-*  
*dolecenti, qui impotens crede-*  
*batur, filiam sponsam promit-*  
*tere Parentes, antequam cum*  
*puerellā aliā tentasset coitum.* 34
- Tale cum mercetrice periculum*  
*fieri concessit Vicarius Episcopi*  
*ibidem.* 35
- Ratio Impro Matrimonio: à tertio*  
*fine, evitazione fornicationis*  
*desumpta.* 36
- B. Lutheri sententia de tertio*  
*fine* 37
- An Principalis sub N.T. matrimo-*  
*nii finis libidinis extinctio?* 38
- Cypriani & Augustini senten-*  
*tia* 38-39
- An unus finis sufficiat, si omnes ob-*  
*tineri nequeant?* 40
- Quatuor à Lutberō gradus consi-  
*tuti eorum, qui honeste mari-*  
*monium contrahunt* 41
- In Eunuchi conjugio duo fines oca-*  
*currunt, etiam ex sententia*  
*Facult. nostrae Theol.* 42
- Ille: quia & sensibus unum solam*  
*finem intendentibus matrimoniu-*  
*mum permittitur.* 43
- Quale Davidis cum puerellā Abisag*  
*conjugium juxta Abulensem?* 44
- Abrabam CXL. anno, Massinissa*  
*CX. Cato Censorius LXXX. su-*  
*scerunt liberos &c.* 45
- III Ita: quia sterilibus conjugium*  
*conceditur* 46
- Objectiones Beze & Cyprei resol-*  
*vantur* 47. 48. 49
- Non omnes Eunuchi suā culpa libi-*  
*dinoſi* 50
- Castratione libido non extingvi-*  
*tur juxta Epictetum, Basiliū,*  
*Augustinum.* 51. 52. 53
- IV Ita quia & matrimonium pro-*  
*ppter solam liberorum legitimati-*  
*onem cum concubinā contra-*  
*rium justum est* 54
- Licer post suscep̄ pos ex concubinatū*  
*liberos antetamen horum legiti-*  
*mationem cum aliā intervene-*  
*rint nuptiae* 55
- Quamvis etiam contracturus mor-*  
*ticinus sit adeq. spem amplius*  
*nullam suscipiendo prolis haber-*  
*re queat* 56
- V Ita: quia & conjugium cum in-*  
*tentio-*

SUCCESSIONE  
SUMMARIA.

sentio ne arque mutuo consensu non coeundi est legitimum.	57	In quo consistat conjugium i- pfsum?	77
Testimon. Augustini, Fulgen- tii	58.59	In quo conjugii usus?	78
Aliud Augusti. Testim.	60	In quo conjugii fructus s. effe- tus?	79
Quale Josephi & Marie conju- gium?	61	Aliud est nec coire nec generare posse, aliud generare non posse, coire tamen posse.	80
Ad Obj. quod appetitus Conjug. cohabitandi sit naturalis	62	Minus ad coeundum requiritur quam ad gignendum.	81
Conjugii laudes ex S. Paginis & Augustino	63.64	Ad matrimonii contrahendi ha- bilitatem sufficit coeundi fa- cultas	82
Sit perpetuum continentiae votum illicitum, non illicium est per- petuò continere	65	Parladori sententia remiss.	83
De aculeis carnis Anselmi opi- nio	66	Quod Autor tr. de Principiis Justi & Decoris de Senum Conjugio dicit, locum habet in Eunu- chis	84
An conjugium sine corporum com- mixtione nisi subsistat Hugonis de S. Viatore sententia	67	Non tamen privato austu Eunu- chus nupias contrahat nec Sa- cerdos iis benedicat	85
Vita: quia & congressus Conjugis cum Conjuge gravida non pro- hibetur	68	Diffiadendum ejusmodi conju- gium	86
Emanuelis S.A. & Facultatis Nostr. Theologicae judicium	69	Ibi magis cautè procedendum, ubi Eunuchorum copia, que ratio impulsiva Sixtina Constitutio- nis	87
Zenobia post conceptionem Mari- cum non admisit.	70	Examen rationum contra Conju- gium Eunuchi ad I.	88
VIIIma; à notitia, quam de qua- litate habet puella	71	Explicatio textus Deut. 23. v.1.	89
Propter quam cum impotente validum est matrimonium	72	Gastrati in V.T. Proselytas justas & libertinas item Nethineas & Mamzeras dubias ducere pote- rant	90
Responsum Consist. Lipsiensis	73	Expositio textus Matth. XIX. vers. 10. &c. ex Basilio	91
Emanuelis S.A. sententia	74		
VIIIva; quia non in omni conju- gio desideratur conjugii effectus; & quo differe conjugium ipsum & conjugii usus	75.76		

E 2

Cap

<i>Cur non mollibus &amp; mulieribus</i>	<i>friðricibus similes &amp; que ha-</i>	<i>Crescite &amp; multiplicamini</i>	112
<i>rum pœna?</i>	<i>92. 93</i>	<i>Exemplum, quo mas XX. annorum</i>	
<i>Quid ad object. Canon. responden-</i>	<i>dum</i>	<i>uxorem duxit LXXVI anno-</i>	
	<i>94</i>	<i>rum</i>	113
<i>Canones sibi aliquando contra-</i>	<i>rii</i>	<i>An Conjugium præcisè infir-</i>	
	<i>95</i>	<i>tum propter sobolis procreatio-</i>	
<i>Qui eorum adulterini?</i>	<i>96</i>	<i>nem</i>	114
<i>Jus Canon. passim sponte receptum</i>		<i>Omnis tres matrimonii fines sunt</i>	
<i>&amp; quomodo?</i>	<i>97</i>	<i>principales</i>	115
<i>Responsum ad Sixti V. constitutio-</i>		<i>R<sub>2</sub> ad obj. ex August.</i>	116
<i>nem, quam studiū aliqui Pontifi-</i>		<i>R<sub>2</sub> ad obj. Beze</i>	117
<i>ciorum ignorant</i>	<i>98. 99</i>	<i>R<sub>2</sub> ad obj. Hebraeorum</i>	118
<i>Sixti V. constitutio ex Parladorio</i>		<i>Differunt: usus rei intermissus &amp;</i>	
<i>&amp; Bullario Roman.</i>	<i>100</i>	<i>usus rei contrarius</i>	119
<i>Multum aliquando mali à jure</i>		<i>R<sub>2</sub> Hieronymi ad Obj. Vigilan-</i>	
<i>Canonico profectum</i>	<i>101</i>	<i>tii</i>	120
<i>Lutheri de eo judicium</i>	<i>102</i>	<i>Elegans Augustini ad Obj.</i>	121
<i>Sixti V. constitutio Bruto Fulmini</i>		<i>Gustū &amp; tacitū parum homines</i>	
<i>non absimilia Sc-</i>	<i>103</i>	<i>dissent à brutis</i>	122
<i>R<sub>2</sub> Ad Object. ad. L. Civ. &amp; que</i>		<i>Becmanni non inelegans distin-</i>	
<i>L. Julia de marit. Ordin. ca-</i>		<i>gio</i>	123
<i>pita.</i>	<i>104</i>	<i>Resp. ad Rat. III. contra conju-</i>	
<i>L. Papia Poppaea de procreandis</i>		<i>Eunuchi.</i>	124
<i>liberis</i>	<i>105</i>	<i>Resp. ad Rat. IV.</i>	125
<i>Quæ causa fuerit condendarum</i>		<i>Eunuchi possunt facere commix-</i>	
<i>islarum legum.</i>	<i>106</i>	<i>tionem sexuum, licet non semio-</i>	
<i>R<sub>2</sub> ad l. 39. §. 1. de Jure dot.</i>	<i>107</i>	<i>num juxta Tofsat. Abulens.</i>	126
<i>Quæ Connani, Cujacii, Parladorii</i>		<i>Basilii buc faciens judicium</i>	127
<i>interpretatio</i>	<i>108. 109. 110</i>	<i>R<sub>2</sub> ad rationem dubitandi</i>	
<i>Quid de Nov. Leonia</i>	<i>98. sentien-</i>	<i>Vitam</i>	128
	<i>dum</i>	<i>R<sub>2</sub> ad VI tam</i>	129
<i>Quid R<sub>2</sub> ad dubium verborum:</i>		<i>Pium Fratris ejusdam hanc de re</i>	
		<i>monitum</i>	130

**I. MATRIMONIUM ipsum EUNUCHORUM quod attinet,**  
res sanè est, quæ non caret difficultate propter dissen-  
sum

## CONJUGIUM EUNUCHI.

37

sum Theologorum atque ICtorum; Maximè verò eos inter hæc materia in publica erupit dissidia, cùm Eunicho cuidam Italo Mediolanensi, Bartholomeo Sarilisto Camerario Dresdensis Aulæ Intimo ab Electore Divæ memoriaræ Johanne Georgio II. Conjugium concederetur cum Dorothea Elisabetbâ Liechtwerinâ Virgine XVI. annorum, statu & qualitatis Corporis Sorilissi non ignarâ, Vitrico Matre que consentientibus.

Et ingens certè catalogus eorum est, qui Eunuchorum sponsalia & conjugia irrita dicunt atque abominanda. Beza in tr. de repudiis & divortiis p. 39. cum Imperatore Leone Ejusmodi, inquit Eunuchorum connubia probare non modò absurdissimum, sed & turpisssimum fuerit. Cui omnino & illo subscribunt, qui congressum hunc vocant Institutioni Divinæ aduersum, naturæ inimicum & in S. matrimonium ignorimiiosum.

Rationes autem primù adferamus quæ facere videntur adversus Conjugium Eunuchorum; posthac, quæ pro stabiliendo eō adduci possunt, & tandem, quomodo dubiis in contrarium allatis sit occurrendum.

Et Ima quidem adversus hoc Conjugium faciens ratio, petitur ab auctoritate Jurium & i. quidem Divini. Videlicet generalem Nomothesian Divinam Deuteronom. XXIII. vers. 1. Non intrabit Eunuchus atriti vel amputatis testiculis & abscisso Veretro Ecclesiam Domini juxta Rabbiorum aliorumque explicationem, non modò comprehendere exclusionem à Juribus atque beneficiis Ecclesiæ atque Reip. Judaicæ quippe etiam, quia immisericors præsumebatur, non recipi poterat in senatum Paul. Cypræus p. 1. Cap. 9. de Sponsa lib. §. 13. n. 19. Sed eā ipsā etiam Conjugium cum sc̄minâ Israelitide prohiberi vid. Gerhardus

E 3

in

38 CAP. III. RATIONES ADVERSUS

*in loc. de conjug. §. 235.* Magisq; perpicuum textum occur-  
rere Matth. XIX. vers. 10. 12. Accedite, quod ob abusum  
seminis est, polluones Mollibus ex mulieribus frictricibus  
Tertulliano vocatis (quas Tribades appellant,) nefariā se  
libidine pollutibus non sint absimiles ac propterē à  
Conjunctione adeò honestā & sanctā eō magis arcendi,  
quō majus eo ipso arcetur & evitatur peccatum, *opus car-*  
*nis* Apostolo dictum *ad Galat. V. vers. 19. Ephef. 5. vers. 3.*

- 6 2. *Canonici* in C. quod interrogali i. cauf. XXXIII.  
quæst. 1. &. accepisti, I. X. de frigid. & Malef. C. quod sedem  
2. X. de frigid. Maximè etiam ob Ballam Sixti V. Pontificis  
Romani Anno 1586. motū proprio editam.
- 7 3. *Juris Civilis* cùm enim Lex *Julia* & *Papia* fœcun-  
das desiderent nuptias utique iis, qui prorsus infœcundi  
essent, uti exemplo est, quiuagenaria juveni nubens &  
sexagenarius puellam ducens, nuptiis interdixit, *Goddeus*  
*ad l. 128. D. V. S. n. 2.* Dubio itaque procul Eunuchi etiam  
à nuptiarum & liberorum jure arcebantur *l. 39. §. 1. ff. de*  
*Jure dotium & l. 14. §. 1. ff. de Manumiss. Vind.* si enim  
mulier castrato nupserit, dos non est, Ergo nec matrimo-  
nium, Hinc etiam castratus matrimonii causā manumittere  
nequit, Ergo nec contrahere. Juri Justiniane autem majo-  
rem hujus rei effundere lucem *Imperatorem Leonem in*  
*Nov. 98. sanctā.* *Beza d. loc.* juxta istum enim si quis Eunu-  
chorum ad matrimonium procedere conperiatur & ipse  
*stupri pæna* obnoxius esse, & qui Sacerdos istiusmodi con-  
junctionem profanato sacrificio perficere ausus fuerit, *sacer-*  
*dotali dignitate* denudari jubetur.
- 8 9. II. Quod Ministri verbi divini rationes autem non  
nullæ in ipsis modò allegatis textibus comprehenduntur his  
Conjugibus, si tales dicendi, benè precari atque sacra ista  
ver-

verba citra manifestum Ecclesiæ ludibrium effari neque-  
ant: *Crescite & multiplicamini.* Quia

III. finis matrimonii principalis, qui est liberorum 10  
procreatio sperari nequit, quippe non solum nullus homo sic  
generatur, sed etiam borrendo quodam modo plurimi homines  
perduntur, quam ejusmodi Vir muliebre semen inutile reddat,  
adeo, ut non modo pro scortatore, sed etiam pro homicidâ  
ejusmodi hominem habeam. *Etsi enim in scortatione magnum*  
*vitium inest, tamen in eâ simpliciter contra naturam non*  
*peccatur sed tantum in òraçia ait Beza d. tr. p. 250.* Etenim 11  
sicuti apud Hebræos (loquimur ex eorum traditione) præ-  
cepto illo Divino: Crescite & multiplicamini omnes  
masculi tenebantur, ut ante expletum annum XX. Uxo-  
rem ducerent, ita ii tantum eximebantur, qui (i) acriori  
libidinis stimulo immunes assiduo legis studio incumbe-  
bant, aut (2) partium, quibus Viri sumus, defectu fuerunt  
impares generationi. Selden. lib. 5. de J. N. & G. apud. Ebr.  
c. 3. Ab his enim nuptiarum præmia frustra exspectant  
fœminæ, quibus hæc sola causa est nubendi. D. Ambrosius  
in Cant. XXXII. quæst. 2. cap. 1. scilicet illis permitti nequeunt  
nuptiæ, in quibus verum fieri nequit divinum fructificatio-  
nis & multiplicationis mandatum. Est enim istud *crescite* 12  
*& multiplicamini* non sola benedictio, sed & mandatum  
atque præceptum summi Numinis uti interpretatur Rabbi  
Moses filius Majemon Vir literatissimus Corduba Hispaniæ  
Urbe An. C. 1131. natus, de quo celebre & vulgatum inter  
Judæos *A Mose* (Prophetâ) ad *Mosen* (Ægyptum ubi maxi-  
mam partem vitæ transigit) non surrexit sicut *Mosés*. Atqui 13  
talis fructificatio gratis in conjunctione Eunuchi intenditur;  
nam matrimonium est Viri & Mulieris conjunctio, quæ  
fit corporum commixtione ut eâ mediante duo coëant in  
unam

40 CAP. III. RATIONES ADVERSUS

unam carnem Ziegler. *in not. ad Lancelot. Inst. J. Can. lib. 2. t. 12. §. 14.* Sunt autem Eunuchi, ut cum Clearcho apud Athenaeum loquar: *Viri non Viri;* & cum Lanctantio lib. 1. div. *Inst. c. 13. semi viri,* vel cum Plauto & Apulejo: *evirati & emasculati conf. supr.*

15 IV. Hanc cohabitationem ne quidem ad remedium  
adversus uestionem & incontinentiam quicquam conducere  
Eunuchis; eorum enim commixtio tantum abest, ut libi-

16 dinem expletat, ut magis illam incendat. Cypræus *d. c. 10. §. 13. n. 13.* juxta istud Syracides: spado, Virginem oculis  
videns & suspirans & ingemiscens *cap. 30. vers. 21.* nimirum,  
quia quod vult, agere non potest. Et alibi: spadonis est  
concupiscentia puellam devirginare. Matrem enim pro-  
pter sterilitatem non facit, florem tamen ei virginitatis  
adimere cupit. conf. Espencæus *lib. 5. de contin. cap. 12. pag.*

17 677. Quasi vero, ait Arnobius, corporalibus his damnis,  
fiant lanquidioris audacia & non quotidiè videamus eos,  
qui sibi demesuerunt has partes, majoris petulantia fieri  
atque omnibus postpositis pudoris & reverentia frenis in  
obscenam prorumpere vilitatem, flagitorum confessione  
vulgata. *apud Anton. Clar. Sylvium in Comment. ad L. Reg.*

18 & XII. *Tabul. cap. 17. p. 423.* Scilicet castratio facultatem  
quidem sed non animum exercenda libidinis tollit. Bec-

19 mannus *in Lin. Doctr. Moral. cap. XI. §. 3.* Et uti cum  
Terentianâ Meretriculâ Scaliger. Eunuchos mulierum

maximos esse amatores, sed nihil posse. *in Exercit. 277. dist. 3.*  
20 Hinc mulieres salaces Romæ & Reginas Eunuchos in deli-  
ciis habuisse, quod sine periculo tumoris genitalis assiduo  
congressu libidinem foverent *juxta Juvenal. in Satyr. 6.*

*Sunt, quos Eunuchi imbelles & molles semper*

*Oscula delectent: & desperatio barba*

*Et quod abortivo non est opus &c.*

Nem-

## CONJUGIUM EUNUCHI.

Nempe sub prætextu sua impotentia facilè admittuntur ad filias & matronas, quas & ipsò affectū & lenocinio corrumpunt. Clemens Alexandrinus *Pedag. 3.* Ac propterea Turci non solos testes ut olim, sed penem quoque absindunt. Scalig.  
*Exercit. 104. dist. 8. pag. 387.*

Imo V. Lascivo & procaci hoc congressū ne quidem 22 in fœminā libidinem extingvi sed magis incendi. Carpzov. in *Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 1. def. 16. n. 1.* Hinc metuendum, ne fœmina ejusmodi incontinentia postea stimulis agitata ad adulterinos complexus invitetur Dn. Stryk. *ad J. Eccl. Brunn. p. 660.* Dum enim ex cohabitatione Eunuchi nullum, quem auxiè desiderat, fructum cognoscit, non inanis est adulterii timor & tumor. Natura nimirum huc nos 23 dicit, ut conjunctionis suæ mas & fœmina exitum videant latum, partum sibi similem. Quò Clemens Alexandrinus *lib. 2. Pedag. cap. 10.* respexit. *Non coire, inquit, ad procreationem, est facere injuriam naturæ.* Et Augustinus *lib. 2. de Morib. Manicheor. Nuptia,* inquit, *ut ipse nuptiales tabule clament, liberorum procreandorum causâ marem fœminamq. conjungunt.* Nam natura mulieres ad hoc progenuit, ut partus edant, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est *I. 2. C. de induc. Viduit.*

VI. Quia ne iste quidem finis, quem mutuum ad 24 jutorium vocamus, in hac conjunctione locum habet; Præterea, inquit Beza, quod nonnulli domestica officia prætexunt, et si colore aliquo non caret, tamen vanum & inane esse res ipsa demonstrat. Qui enim probabile est, ejusmodi vel Virum vel mulierem sic unâ posse simul con-svescere, perinde ac si continentiae dono essent prædicti? *d. loc. p. 250.*

F. si cyprius calid. 3. alio  
PRO

## 42 CAP. III. PRO CONJUGIO EUNUCHI.

PRO CONJUGIO autem EUNUCHI & ejus validitate  
hæc facere videntur: Præmittendum autem est:

25 1. Nobis hîc non esse sermonem de quibuscumque  
Eunuchis sive Castratis, sanè non de iis, qui sibimetipſis  
has partes demessuerunt aut volentes castrationi (nisi ob  
morbū) se submiserunt, ii enim ex malitiâ suâ non de-  
bent commodum, nuptiarum videlicet præmium, quô  
nullus humanorum actuum gravior & sanctior est juxta  
Anton. Contium. lib. 1. Lett. ſubſec. c. 4. n. 3. reportare,  
ſed ſcelere ſuo condignam poenam luſtinere, ut *supra* vi-  
dimus, & canones ipſi in C. si quis abſcidit 4. c. Si qui  
ſe. 5. diſt. 55. canon Apoſtol. 22. diſtinguunt. Sed qui injuriā  
belli, aut in haſtiludiis vel neceſſitate rei manū Medici aut  
Barbarorum Perſecutorumve citra voluntatem ſuam hanc  
paſſi ſunt injuriā. Sed &

26 2. Horum etiam non eadem eſt qualitas atque ratio;  
aliquibus enim peniſ ipſe cum teſticulis eſt exciſus Franc.

27 Conan. lib. 2. c. 15. n. 9. alii altero tantum teſte carent, & hi  
neque ad coēundum neque ad generandum ſunt impo-  
tentia, quia & in ereſione & in ſeminis productione &  
concoctione & emiſſione non magis deficiunt, quam  
coeteri, qui ambobus donantur. Virtus enim unitur in hiſ.  
*Zachias in quaſt. Medicolegal. l. 3. t. 1. q. 9. n. 4.* Ludov.

28 Romanus in tom. 1. ſing. D.D. ſing. 640. Aliis ambo teſtes  
deſunt, & horum iterum nonnulli ne quidem penem arri-

29 gere vel ſtimulos perſentificere poſſunt. Alii autem & ad  
Venerem ſtimulantur & valide etiam exercere eam poſſunt,  
atque vel ſuperior teſticuli *quædam pars reliqua*, ac hiſ non  
deſt aliqua confiendi ſemen prolificum, de cuius rei  
veritate ex præſentium Medicorum judicio conſtare poſteſt,  
*vel nulla*, & hinc propriè ſemen quidem non emittunt, vel  
emit-

PRO CONJUGIO ENUCHI.

43

emittunt sed in quantitate nullius considerationis & qualitate tenue & aquosum, atque propterea nullatenus prolificum, voluptatem tamen aliquam coeuntes sentiunt. Zachias d.g.9. & l.2.t.3.q.7.

Constat autem matrimonio jungendos debere non 30 solum habiles esse ratione etatis, sed & sanitatis & integratatis corporis, Strauch. *Dissert.* 2. tb. 9. Prohibentur enim 31 nuptiae inter aliquos partim *jure*; de quibus *alibi*, partim *naturae*. Naturae in his, quibus naturae desunt ea, quae<sup>re</sup> nuptiae desiderant aut contrahenda<sup>re</sup> aut jam contracta<sup>e</sup>; "contrahende consentium desiderant corum, quorum de<sup>re</sup> conjectione agitur. Proinde in quibus consentiendi facultas non est, cum his nuptiae constitui non possunt, "quales sunt furiosi &c. Contracta<sup>e</sup> desiderant facultatem<sup>e</sup> sobolis procreanda<sup>e</sup>, cuius maximae causae nuptiae contra<sup>e</sup> hundur l. 1. ff. *solut. matrim.* in hoc numer<sup>o</sup> sunt impuberes<sup>e</sup> tam mares quam foeminae, qua de causae uter conjugum<sup>e</sup> impubes fuerit, placet inter contrahentes nuptias non<sup>e</sup> consistere pr. J. de *Nupt.* Eodem numer<sup>o</sup> sunt & ex<sup>e</sup> maribus castrati. Hac Hugo Donellus *hb.* 13, *cap.* 19, *p.* 195 f. 32 Verum hos tunc admitti, quando facultate exercendi Venerem non destituuntur infra ostendemus. An autem 33 tales sint, ad Medicorum judicium recurrentum existimo, nec permitendum, ad quod Sorbillius se obtulerat; Er wolte / wann es ihm zugelassen / beweisen / dass er zu dem Exercitio Veneris nicht ganzlich untüchtig / sondern / dass er annoch erectionem penis empfinge / den Congressum halten / auch einem Weibsbilde Satisfaction thun / und ihre Brust stillen und extinguien könne. Auct. Der Urtheils- Frage an das Consistorium zu Leipzig in tr. de Conjug. Ennucb. p. 13. n. 14. & p. 59. Atque hoc est, quod 34

F 2

tan-

44

### CAP. III. RATIONES PRO

tanquam adversus bonos mores improbat *Menocbius*, quod, cum Venetis ob dubium impotentiae parentes cuiusdam pueræ hæsitarent, eam matrimonio tradere adolescenti summae dignitatis, periculum de ejus coëuniâ (ut loquitur) cum aliâ puellâ fieri curârint & cognitâ adolescentis congregredi faciliate demum matrimonium permiserint. *Idemq.* reprobendit in Vicario Episcopi sede Vacante apud Venetos, qui Virum, quem impotentiae arguerant, recludi fecerat in Camerâ cum' meretrice, & postquam cum eâ diu degens nihil egerit, sententiam divortii tulerat: *lib. 6. presump. 90. n. 4.*

Rationes itaque PRO CONJUGIO has damus:

36 I. Quia non duplex tantum matrimonii finis, sobolis procreatio & mutuum adjutorium, sed & tertius accedat, necesse est; nempe medicina contra incontinentiam seu evitatio fornicationis: sive, quod idem est, duplarem alii quidem matrimonii finem statuunt, sed secundo tertium finem includunt. Sic Menzerus in *tr. de conjug. p. 10.* Finis, *inquit*, Conjugii duplex notatur. Prior est procreatio sobolis, unde est familiae, Reip. & Ecclesie propagatio & conservatio. Posterior est mutuum adjutorium, idque tam in communibus vita officiis, tum (post lapsum) in remedio adversus fornicationem. *Vid* quæ hâc de re adduximus in *Diss. de Insignioribus Jur. Matrim. capitibus cap. 4. per tot.* ubi hunc finem ex S. Scripturâ, Patribus, Theologis recentioribus & ICtis demonstravimus subjicimus jam senten-

37 tiam B. Lutheri in *Comment. ad XXVIII. Cap. Genes. Tom. IX. Altenb.* ibi: sed si absque peccato à commixtione cum muliere abstinere non potes, memento & utere medicinâ, quam tibi Deus ostendit, & si hoc non queris, ut liberos process, nibilominus Medicinam contra peccatum quare, nempe ad

## CONJUGIO EUNUCHI.

45

*ad vitandum scortationem & adulterium.* Certè nondum 38  
 solidè refutatam vidimus eorum opinionem, qui principa-  
 lem sub Novo foedere matrimonii finem defendant libidi-  
 nis extinctionem cum Cypriano libro de Disciplinā & habitu  
*Virginum in fin.* Is Prima, ait, sententia Dei crescere & generare  
 præcepit, secunda continentiam fvasit. Cum adhuc rudis  
 mundus & inanis est, copiæ fecunditatis generamur, propa-  
 gamur & crescimus ad humani generis augmentum: Cum  
 jam refertus est orbis & mundus impletus, qui capere conti-  
 nentiam possunt, spadonum more viventes castrantur ad  
 Regnum. Et Augustinus *hb. 1. contra Julianum.* Non enim, 39  
 inquit, in solâ, ut deliras, commissione maris & fœminæ  
 nuptiarum veritas est, quamvis sine illâ commissione nu-  
 ptia filios procreare non possint. Sed alia sunt ad nuptias  
 propriæ pertinentia, quibus ab adulteriis nuptia discernun-  
 tur, sicuti est thori conjugalis fides, & cura ordinatè filios  
 procreandi, & (quæ maxima est differentia) bonus usus  
 mali, h. e. bonus usus concupiscentie carnis, quô bono adul-  
 teri malè utantur in *C. XI.* Caus. XXXII. Quæst. I.

Quamobrem licet unus fortè finis non intendatur, 40  
 sufficit si duo, vel alter aliquis, ac propterea nihiloseciūs  
 matrimonium justè subsistere poterit. Lutherus *quatuor* 41  
 eorum, qui honestè matrimonium contrahunt & cohabit-  
 ant, gradus constituit, *primum* (sed eorum paucos dari  
 asserit) qui generationem prolixi spectant; *secundum*, qui in  
 remedium concupiscentiæ uxorem ducunt, *tertium*, qui  
 venustatem eligunt, quâ se oblectent, ut molliter & fvatiter  
 vivant, *quartum*, qui ducunt vetulas & Dominas propter  
 opes & gloriam, quibus cum Bernardo calicem passionis  
 appreccatur in *Comment ad Genes. 24. tom. 9. Altenb.* Hinc 42  
 cum uterque finis & evitatio fornicationis & mutuum

F 3

ad-

46

## CAP. III. RATIONES PRO

adjutorium vel sit vel esse possit in Eunicho, quis conju-  
gium ejus damnabit? Ac propterea recte *Theologica Nostra  
Facultas* in Consilio suo super hanc Controversiam de anno  
1668. 17. April. Sodann das Conjugium besteht / wann  
nur eitt finis ist / uehmlich das mutuum adjutorium, wie  
vielmehr wenn zweete sind und die Nochtwendigkeit fleisch-  
liche Luste zu vermeiden dazu kommt. pag. 76. Videlicet, quia

43 II. Senibus & decrepitis, qui unicum tantum finem  
intendunt, curam domesticorum officiorum, ut cum *Beza  
d. loc.* loquar, sive mutuum adjutorium, matrimonialis  
conjunctio non denegatur *I. sanctimus 27. C. de Nupt. I. se  
major. 12. C. de legit. hered.* in qua plerique frustra corporum  
commixtionem tentant, ob virium enim defectum, earum  
calorem saltem communicari sibi à pueris succi plenis ali-

44 quando expertunt. Hocque est quod *Davidem* excusat cum  
puellâ *Abijag* conjugaliter cohabitatem, quâ de re *Abu-  
lensis*: Honestius erat, quod puella eum calefaceret, eò,  
quod cùm esset valde frigidus, oportebat eum fricare mi-  
nus, & facere quedam alia erga ipsum, quæ Vir non potest  
agere honestè circa Virum, fœmina autem honestè agere  
potest. Et mox: *Ad hoc, quod illi puella calefaceret Regem,*  
*oportebat, quod teneret curu in finu suo, i.e., complexum inter*  
45 *brachia.* Quis enim hodie cum Abrahamo centesimum &  
quadragesimum annum agente liberos suscepturnus est *Genes.  
XXV.* Imò ne quidem cum Massimiliano Numidia Rege  
nonagenario. *Val. Maxim. I. 4. c. 4.* nec ferè cum Catone  
Censorio, qui octogesimo ætatis sue anno alterum Catone-  
num in lucem prodire fecit. Novissimum tamen aliquod  
exemplum vid. in Disp. nost. de insign. J. Matrimon. Capitib.  
c. 3. n. 20.

46 III. Etiam non paucis sterilibus aliis. vid. Consisto-  
rialis

## CONJUGIO EUNUCHI.

47

rialis Iprud. Auctores. *Nec obstat, quod Beza dicit: i. sc. 47*  
rilitatem esse vitium intrinsecum, & quod sensu non per-  
cipiatur, sed usu potius & experientia; 2. quamvis non  
semper sit reipsa medicabilis, merito tamen medicabilem  
præsumi. Congressum sterilium esse aliquatenus naturalem  
propter remedium aduersus incontinentiam, etiamsi ex  
eorum congressu nihil nascatur p. 251. Cui Cypræus l. l. 48  
*de Sponsal. c. 9. §. 13. n. 12.* subscribere videtur, sed gratis  
distingvit: Longe, *inquit*, haec differunt & quidem in eo,  
(1) quod de sterilitate non constat ante matrimonium &  
nuptias factas: cum vitium sit latens & occultum & quod  
percipi & explorari non potest, nisi constante matrimonio,  
diutino convictu & usu (2) Personæ enim steriles eti non  
gignant, tamen ab initio ea lege & mente non convene-  
runt, ut liberis operam non darent. Quin potius libero-  
rum procreandorum causâ copulatos esse, plenum est:  
quos tamen spes fecellit. Atque ea opinione & spe frati  
bonâ conscientia convenerunt. Eunuchi vero, qui se se-  
tueantur & defendant, nihil tale habent, ut qui explora-  
tum habentes, se steriles esse, & partibus genitalibus  
carere, nullâ fœticandi spe relata, mulieres ducunt &  
mariti fieri volunt &c. p. 418. Respondeo *ad Imum Bezae & 49*  
*Cypri:* Non posse me videre, quid juvet foemina, quæ  
ex congressu appetit sobolem, quod ob vitium intrinsecum  
& latens nullum cohabitationis effectum fortifiatur; sive  
lateat vitium, sive pateat, nihil plus minusve consequitur  
ex utrâque conjunctione ob mariti sui sterilitatem & Eunu-  
chi impotentiam. *Ad 2dum:* sterilitatem ad minimum  
medicabilem præsumi? Respondeo, inanem reddi ejusmodi  
præsumptionem, quando veritate rei contrariâ vincitur &  
mulier tot annorum decursu experitur, gratis se nuptiarum  
præ-

## CAP. III. RATIONES PRO

præmia & ex immedicabili vitio sanitatem expectasse. Nec  
 ad rem pertinet; quod *Cypreus* dicit: steriles, et si non gi-  
 gnant, liberorum procreandorum causâ tamen convenire;  
 jam *suprâ* ex B. Luthero demonstratum, varios esse gradus  
 eorum, qui honestè contrahunt & cohabitare, eorum  
 verò paucos esse, qui prolem ex matrimonio querunt. Et  
 tutos in conscientiâ esse eos, qui solius libidinis extinguae  
 causâ coœunt in matrem. ex J. Can. q. 2. c. solet queri 6. caus.  
**XXXII.** planum est. *Ad 3tium:* quod congressus sterilium  
 sit aliquatenus naturalis propter remedium adversus incon-  
 tinentiam, & sufficere, quod liberorū procreandorum causâ,  
 ut modo dictum, copulati sint; Eunuchos autem quo se  
 tueantur, nihil habere. *Resp.* Ipsos quoq; Eunuchos propter  
 tertium finem conjugium desiderare scilicet contra ar-  
 dores & flammam pravarum cupiditatum & propter vagas  
 libidines, nec sub Novo fœdere opus esse, ut præcisè pro-  
 creandæ sobolis gratiâ jungantur, sed sufficere, quod Uxo-  
 rem suam habeant propter fornicationem, & vel hōc ipsō  
 50 in cohabitatione conjugali satis defendi. Non enim luâ  
 culpâ (de his juxta *suprâ* dicta nobis tantum sermo est)  
 51 Eunuchi facti, ergo nec sua culpâ libidinosi. *Nam ex sectione*  
*membri virilis*, ait Epictetus Arriani 2. cap. 20, *affectum ve-*  
*nere libidinis non extingui sed magis augeri appetitum, quâ*  
 52 *minus datur executio.* Ac sanè, quod de iis, qui mysticam  
 castrationem non probè intelligentes, semetipsos istâ parte  
 privarunt, Basilius dicit: *in libr. de verâ virginitate:* Ab-  
 scissio majorem in abscissi oculis concupiscentiæ flammat  
 53 arguit, ignem non abstulit, sed animo desiderioque luxu-  
 riat & libidinatur. Id & de his dixerō, qui non suâ sponte  
 castrationem sustinuerunt; ut fortè hic illud Augustini *de*  
*Verbis Domini* serm. 43. obtineat: *Velimus, nolimus, babemus*  
 illas

*illas (concupiscentias) velimus, nolimus, tiuant, blandiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt, premuntur, nondum extinguntur.*

IV. Quia vel illud matrimonium justum & validum <sup>54</sup> pronunciatur, quod quis cum concubinâ, ex quâ liberos suscepit, propter solam eorum legitimationem, ut jura legitimè natorum nanciscantur, intendit, ita, ut nec conjugium intermedium sit impedimento; si V. C. Titius ex concubina suscepit filium, dein eâ mediò tempore dimissâ cum Cajâ contrahat matrimonium, ex cuius legitimâ cohabitatione prolem suscepit, Cajâ verò mortuâ priorem istam concubinam uxorem duxerit, eâ solâ mente, ut ex concubinâ prognati liberi justi & legitimi fieri queant, validum pronunciari debet & legitimum. Jacob. Otto <sup>55</sup> & ibi allegati. in Diff. de Reslit. Natal. & Infam. tit. 3. §. 8. p. 9. Strauchiuss Differt. 4. tb. 9. Etsi Pater matrimonium contracturus <sup>56</sup> in articulo mortis fuerit constitutus, modò adhuc animi sensa exprimere queat, uti in Camerâ Imperiali observatum fuisse meminit Gail. lib. 2. obs. 141. n. 8. Ex quo intelligitur, non præcisè in eo, qui matrimonialem conjunctionem desiderat, actualem naturalis debiti præstationem atque spem tollendâ ex cohabitatione sobolis exigâ vid. Otto d. tr. §. 34. & ibi allegati.

V. Quia & tale matrimonium illegitimum non est, <sup>57</sup> quod initur *cum intentione non coëundi ex mutuo consensu* vid. I. Corinth. VII. 5. Nam Uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir & contra vers. 4. ibid. Hinc D. Augustinus ep. 70. Bonifacium Comitem ita bortatur: Si peric<sup>58</sup> Uxorem liceat; si Conjugem non haberet, dicerem, ut in sanctitate continentiae viveres, sed ut ad eam non exhoreretur, conjux impedimento est, sine cuius consensione coniunctio nenter

„nenter tibi non licet vivere, sed si cum illâ agere non potes,  
 „serva saltem pudicitiam Conjugalem & Deum roga, ut  
 §9 „quod non potes modò, possis aliquando. Et Fulgentius  
 seculo V. Rusensis in Africâ Episcopus Epist. I. ad fratrem  
 quendam, cuius uxor in extremis continentiam conjugalem  
 voverat sed posteà sanitati restituta, carnis fragilitatem  
 allegans, etatis insuper juvenilis incontinentiam confite-  
 batur, hæc inter alia scribit: *Tu itaque que voveris, redde;*  
*meliùs non vovere, quam vovissè & non solvere.* Proinde  
 licitarum rerum usus lícitè cum temperantiâ geritur, donec  
 rei lícite renunciatio non movetur: & quādiu non tenetur  
 ex utriusque mariti scilicet & uxoris consensu perpetua con-  
 tinentia promissio, non est illicita conjugali commixtio, sicut  
 enim priusquam simul voverent, reprobabilis fuit unius  
 oblatio, quia legitimè consortis deerat consensus: ita cum pari  
 obtulerit uterque consensu, quod est inseparabiliter utriusque  
 commune, non erit impunitus si quis Deo voluntariâ devo-  
 zione oblatum, illico crediderit opere temerandum; Sin  
 continentiam unus vestrum sine alterius voris assensu, teme-  
 rariè se vovisse noscat, & debitum castâ sinceritate conjugi  
 credibeat. Quod etiam ex Augustini ad Armentarium &  
 Riparium & Paulinam epist. 45. liquet: Una sola causa esse  
 posset, quâ te ad id, quod vovisti, non solum non hortare-  
 mur, verum etiam prohiberemus implere, si forte tua  
 conjux hoc tecum suscipere animi seu corporis infirmitate re-  
 cusaret. Nam & vovenda talia non sunt à Conjugatis, nisi  
 ex consensu & voluntate communi: & si preopere factum  
 fuerit, magis est corrigenda temeritas quam persolvenda pro-  
 missio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid  
 voverit, sed potius usurpare vetat alienum vid. caus. 33. q. 5.  
 c. 6. Exempla Conjugalis continetiae vid. apud Elpencaum  
 lib.

## CONJUGIO EUNUCHI.

lib. 6. de continentia cap. 3. Atque hoc spectat etiam conju- 51  
gium Josephi & Marie, quæ expreßè conjux istius vocatur  
Matth. I. v. 20. Conjux vera ex primâ fide desponsationis  
quam concubitu nec cognoverat, nec fuerat cognitus:  
Nec perierat, nec mendax manserat conjugis appellatio,  
ubi nec fuerat, nec futura erat ulla carnis commixtio Aug.  
in d. Epist. 43. conf. c. 3. cauf. XXVII. quæst. 2. Nec obstat, 62  
quod appetitio mutuae conjunctionis, non sit voluntaria  
sed naturalis, quod hâc tentemur, uramur, qui verò uritur,  
habeat contrahendi conjugii præceptum & Resp. cum Ful-  
gentio antè laudato: siquidem continentiam pari vorishi con-  
fensu, tenorem vestre dilectionis cum Dei timore servate:  
Et si quando carnis infirmitas mentem pulsat, animus ad  
auxilium Divine miserationis accurrat. Quæ tamen ideò  
dicta nolumus, ac si sanctum matrimonii foedus ullo affe-  
ctum velimus dedecore. Quippe honorabiles nuptiae & 63  
cubile immaculatum Apostolo ad Hebreos XIII. 4. conjugalis  
vita laudabilis est & habet in corpore Christi locum suum,  
ait Augustinus Serm. 53. de Verbis Dominic. 4. Et Paulò post: 64  
Novimus membra Christi esse, quæ conjugalem agunt  
vitam; si membra Christi sunt, id est, si fideles sunt. Sal-  
tem id dicimus: mulierem non tangere bonum esse. Et  
cum laudato Augustino in cap. 9. de Bono Conjug. distingui-  
mus inter bona, quæ propter se sunt expetenda ab iis, quæ  
secundum quod sunt necessaria, sancè, inquit, videndum est  
alia bona nobis Deum dare, quæ propter se ipsa expetenda sunt,  
sicut sapientia, salus, amicitia, alia, quæ propter aliquid sunt  
necessaria, sicut: doctrina, cibus, potus, somnus, conjugium,  
concubitus: horum enim quedam sunt necessaria propter  
sapientiam, sicut doctrina; quedam propter salutem, sicut  
cibus, potus, somnus; quedam propter amicitiam, sicut nuptiae,

G 2

con.

52

## CAP. III. RATIONES PRO

concubitus. Hinc enim subsistit propagatio generis humani, in quo societas amicula magnum bonum est. His itaque bonis, que propter alia necessaria sunt, qui non ad hoc utitur, propter quod instituta sunt, peccat alias venialiter, alias damnableiter. Quisquis vero eis propter hoc utitur, propter quod data sunt, bene facit; Cui ergo non sunt necessaria, si non eis utitur, melius facit. vid. Jonas Aurelianensis, Episcop.

65 lib. 2. de Inst. Laicali cap. 1. Et notandum est, eos etiam, qui alias huic sententiae adversari videntur, id tantum velle: illicitum esse perpetuae continentiae votum, non illicitum esse, perpetuo continere, quod & nos cum Beza solùm curamus; & sobrietate, jejunio, precibus & iis, que cum istis cohærent, stimulum carnis coerceri posse statuimus.

66 Quippe frequenter aculei carnis insurgunt suisque nos vitiis & passionibus sauciantes nequaquam in illa, quam delectamur, puritatis qualitate stare permittunt, atque ad illam, quam borremus, frigidam voluptatum plenamque sentibus pertrahunt viam, ait Anselmus Cant. Archi-Episc. in tr. Asetic. cap. 3. conf. & cap. 4. Concludimus itaque hoc quintum

67 punctum cum Hugone de S. Victore: Hec dicta sunt pro eo, quod propositum erat demonstrare, quod sine consensu carnis commercii conjugium sanctum & verum esse posse, nego in assensu coitus carnis sanctitas sacramenti conjugalis confusat in Erudit. Theolog. c. 1. de Mariâ Virgin. perpet. tom. 3. oper.

68 VI. Quia & talis congressus in matrimonio non est damnabilis, qui fit cum Gravidâ, ubi tamen evidens est, supervacaneam amplius sobolis procreandæ esse intentionem. Quam in rem Emanuel SA in Aphorism. confess. voce: debitum Conjugale p. 68. Nullus, inquit, copulæ modus, si fiat in vase debito, id est, intra uxoris pudenda, est

## CONJUGIO EUNUCHI.

33

est peccatum mortale, nec si fiat in festo, aut quovis aliò tempore, aut cum uxore gravidâ. Cui subscribere videtur Facultas Nostra Theolog. in d. Resp. p. 76 Daher ist auch die Lust des Fleisches / wie sie im Ehestande ist / und in der natürlichen Bewohnung gebrauchet wird keine Tod-Sünde / obgleich der effect nehmlich proles nicht erfolget / als wenn das Weib sterilis oder grida ist. &c. Quamvis sobriè servata istis temporibus continentia majori ornanda 70 sit laude & encomio , quô nomine maximè celebris Palmyrenorum Regina Zenobia , speciosissima mulierum Cornelio Capitolino afferente , omniumque Orientalium foeminarum nobilissima , Trebellio Polione in *Vitâ Odenati inter Aug. Hist. Script. in Tom. 2. p. m. 260.* judice. Hæc enim tantæ castitatis Uxor, ut nec Virum suum Odenatum, nisi tentatis conceptionibus , sciret : exspectatis enim post concubitum menstruis, si prægnans esset, continebat, si minus , iterum potestatem quærendis liberis dabat vid. Claud. Espenc. lib. 3. de Contin. cap. 17. pag. 359.

VII. Vel maximè in præsenti quæstione attenden- 71 dum esse ad id, quod, si fœmina conditionis hujus genera & de qualitate Eunuchi satis informata in conjugium consentiat, eò validius reddatur. Nec ad rem est, quod dicunt; nullam quidem ei factam injuriam videri, sed tamè non efficere mulieris scientiam, quô minus damnetur, quod est contra bonos mores & suapte natura detestabile. Posteriorius enim illud est, de quo controvertitur , quodque falsum esse partim ex *supra* dictis, partim adhuc dicendis constabit; Prus verò, nimirum mulieris notitiam de conditione jungendi mariti non parum roboris addere validitati conjugii, & ex eò liquere arbitror; quod, cùm alioquin suo modo nullum 72 dicatur cum impotente matrimonium, legitimum tamè sit

G 3

sit

CAP. III. RATIONES PRO

§4 sit & validum, si non obstante impotentia, quia ejus certior facta, foemina consentiat; vel hujus impotentiae maritus conscient nihilominus contrahat, separari enim hoc casu etiam volentes atque petentes non poterunt. vid. Cap. Consultat. X. de frigid. & Malef. Carpzov. l. 2. Iprud. Consist. t. II. def. 202. n. 2. Perinde ergo & Eunuchi conditionis non ignara foemina cur ad tale connubium non admittenda, non equidem video. Quemadmodum eleganter

73  
hanc in rem *Consistorium Lipsiense* Anno 1666. respondit: Dieweil die Principal-Interessenten umb dieses Gebrechen Wissenschaft haben / und dessen ungeachtet ein ander zu heyrathet eines beständigen Sinnes seyn und bleiben/ auch die Mutter der Braut darein gewilligt / und die Verlobniss darauf fortgegangen/ die andern Freunde darin nichts zu reden und der H. Chestand von GOTT zu ehelicher und rechtmässiger Fortpflanzung des menschlichen Geschlechts zwar eingesetzt / zugleich aber dem Mann das Weib zur Gehülfen zugesellet / und über dies nirgends verboten worden/ daß diejenigen Manns-Personen/ die nicht Kinder zeigen könnten / auch nicht freyen noch ein Weib zur Ehe nehmen/ und damit/ wenn es zumahl ohne Betrug geschiehet/ und das Weib dessen zuvor verständiget wird / in ihrer Nahrung / Pfleg und Wartung / keinen Gehülfen suchen sollen/ zugeschweigen / daß bey dieser Mannes-Person kein solche impotentia zufinden/ qua generatio- nis actum, die das Eherwerb/ sed generationis effectum, sondern die Ehe-Frucht allein verhindert se. So kan auch das geistliche Gerichte diese einmal mit allem Fleiß und gutem Bedacht abgehandelte Sponsalia wider der Principalen Personen öffentlichen Willen und Fug keinesweges trennen/ noch weniger ihnen die Priesterliche Copulation versagen/ son-

## CONJUGIO EUNUCHI.

55

sondern es gehet dieselbe auff ihr ferneres gebührendes  
 Suchen billich fort V. R. W. apud Dominum Stryk. in  
 addit. ad Jus Eccles. Brunnem. lib. 2. cap. 17. p. 665. & in  
 tr. de Conjug. Eunuch. pag. 16. Quam opinionem etiam 74  
 amplectitur Emanuel SA. in d. tr. scienter, inquit, contra-  
 stum cum impotente matrimonium tenere alii ajunt, alii  
 negant: Tales certè separandi non sunt, sed debent ab  
 impudicis actibus abstinere p. 213. Qui autem in iisdem  
 terminis Eunuchi matrimonium subsistere nequeat; nulla  
 vera differentia ratio urget, vel maximè;

VIII. Ideò, quia omniō distingvendū est inter 75  
*Conjugii usum & effectū*; seu: *Conjugium ipsum, Conjugii  
 usum & conjugii fructum*; *Conjugium ipsum facit consensus* 76  
 non concubitus; quō sensu Ambrosius in C. XXVII. q. 2. c. 5.  
 Non defloratio Virginitatis facit conjugium, sed pactio  
 conjugalis. Denique cum jungitur puella conjugium est,  
 non cùm Viri admistione cognoscitur. Et in C. tue frater-  
 nitati 25. X. de sponsalib. Matrimonium in veritate contra-  
 hitur per legitimū Viri & mulieris consensū; quod &  
 dudum Ulpianus in lib. 36. ad Sabinum docuit; Nuptias,  
 inquit, non concubitus sed consensus facit in l. 30. ff. de R.  
 J. Conjugii Ursus autem, seu ut Hugo de S. Victore dicto 77  
 loco officium conjugii, nihil est aliud quām sexūs commix-  
 tio; vel nuptiale ministerium, uti cum Augustino & Leone  
 M. loquitur Espencaus lib. 6. c. 4. de continent. in init. Tan- 78  
 dem conjugii fructus, seu, quod perinde est, effectus, est  
 sibolis procreatio sive ipsi liberi, quos ideo concipimus  
 & edimus, ut ex prole eorum diuturnitatis nobis memo-  
 riam in ævum relinquamus. l. 220. in f. ff. de V. S. ac quibus  
 omnia, quæ nostra sunt, ex voto paramus l. 50. §. 2. ff. de  
 bon. libert.

Ad

Ad hoc autem, ut matrimonium subsistat, non præcisè desideratur conjugii fructus, sed sufficit in quibusdam conjugii usus, consistens in copulâ carnali. Nam quamvis nonnulli speratum ex conjugali cohabitatione effectum videre non possint, satis tamen est, quod opere cohabitationis defungi queant. *Aliud enim est, non solum ad generationem impotentem esse, sed etiam ad Venerem exercendam extincto prorsus ipsarum partium vigore ac calore, h.e. nec coire nec generare posse, aliud autem est coire posse, generare tamen non posse; Etenim plura ad gignendum requiruntur, quam ad coēundum; scilicet Veneri vel fatus distendens satis est; ad gignendum autem, sive perfectum coitum tria desiderant Physici: flatum, calorem & semen.* Scaliger de subtil. ad Card. Exerc. 104. n. 8. p. 387. & Exercit. 175. p. 569. conf. Gödd. ad l. 128. de V.S. 80 *In proverbiis autem, inquit, etatis hominibus (de Eunuchis idem sentio) illa copula damnari non potest, non magis quam vindicta appetitus in homine infirmo, qui novit suas vires pares non esse in propulsando malo: justè enim tamen irascitur, quia accepit injuriam.* Sic justè copulans appetit etiam copularis senex, (Eunuchus) quia objectum adegit istius appeti.

## CONJUGIO EUNUCHI.

57

*appetitus scil. mulier: licet sciat, se finem (proximum à natu-  
râ intentum, liberorum procreationem, ut loquitur paulo  
ante) non posse assiqui, non idè ab usù juris sui prohiberi  
potest. Et sicut licet cuivis propter acceptam injuriam irasci,  
etiam si suis viribus diffidens desperet actualem aliquam noxiam  
inferre posse inimico: sic etiam cuivis licet inire matrimonium,  
etiam si de procreatione liberorum desperet. H. J.*

Sed cum hoc tamen moderamine hæc à nobis dicta esse volumus; scil. non propterea ausū quemlibet Eunuchorum privato ritè ejusmodi nuptias inire vel Sacerdotem iis benedicere posse; sed cognitione desuper Principis aut Vicarii Magistratus opus esse, ut de animo Eunuchi ejusque coēundi qualitate & potentia constare queat; Dissvaderi enim debere ejusmodi matrimonium, haud difficulter concedo, etiam ad evitandum, quod quandoque non tam datur quam sumitur, scandalum; *Mulieribus non facile per-*  
*mittendum, ut Eunuchis nubant, & prestare mulieres ejus-*  
*modi graviter admonere, ne in pœnitendas & innuptas illas*  
*nuptias & scortationis periculum se precipitent.* Gerhardus  
*in artic. de conjug. n. 235. & cum eō Eichsfeldius in Ortho-*  
*doxiā Casualis c. 3. c. 13. lib. 32.* Maximiè autem ibi locorum sollicitè & cautè procedendum, ubi hoc hominum genus non rarum, sed frequens est; quæ ratio etiam permovit Sixtum V. ut adeò rigidam connubiorum ejusmodi censoriam emitteret; initialia enim Bullæ hæc sunt: *Cum fre-*  
*quenter in istis regionibus Eunuchi quidem & Spadones, qui*  
*utroque teste carent, & idè certum & manifestum est, eos*  
*verum semen emittere non posse, matrimonia cursu mulieribus*  
*presertim hunc ipsum eorum defectum scientibus contrabere*  
*presumant, idque sibi licere pertinaciter contendant, & super*  
*boc diverse lites & controversie ad tuum & Ecclesiasticum*

H

fo-

53 CAP. III. EXAMEN RATIONUM  
forum deducantur, requisivit à nobis Fraternitas tua, quid  
de hujusmodi connubio sit statuendum? Jam itaque,  
58 Superest, ut RATIONES CONTRA EUNUCHI  
CONJUGIUM supra adductas examinemus:  
Ad. I. quā ad J. Divini auctoritatem confugunt, cā  
59 id minimè probant, quod probare intendunt. Nam  
*Deuteron. XXIII. vers. 1.* intelligitur ejusmodi Eunuchus,  
cui non solum testes amputati, sed & veretrum abscessum,  
& præterea à publicis tantum muneribus in Ecclesiā &  
Republ. arcentur; quā de re seqv. cap. pluribus. minimè  
verò à matrimonio, accedit quod lex hæc non naturalis  
fit, sed merè positiva & forensis; quæ quantum obliget,  
neminem latere potest vid. Lutherus *in exposit Deut. XXIII.*  
tom. 5. Alteburg. fol. 110. confer. Joh. Adam. Osiander ad  
90 Grotium l. 1. d. J. B. & P. c. 1. ad tb. 17. obf. 2. Imò Castra-  
tos sive Eunuchos Proselytas justas & libertinas rite duxisse,  
nec non Nethinæs & Mamzeras dubias sed non mani-  
festas, refert Seldenus lib. 5. de J. N. & G. juxta Discipl. Ebreeor.  
c. 16. p. 659. Et sufficit, quod Eunuchi cum fœminâ con-  
jugium nullibi in Sacris exprensè prohibeatur. vid. tr. de  
91 *Conjug. Eunuch.* p. 122. Textum autem Mattb. XIX. v. 10.  
& 12. quod attinet, supra responsum est, quando quadam  
„de mysticâ castratione adduximus. Quam in rem ele-  
„ganter Basilius: sunt, inquit, Mattb. XIX. spadones ex utero  
„Matris ita nati, naturæ iis prærogativâ, eō, quod cōitum  
„irritat, exlecti, nuptias respūnt. Sunt & ab hominibus  
„facti; non vi tantum aut ferro, sed & diligentí custodiâ  
„& doctrinâ ad virginitatis obseruantiam inducti, ut quæ  
„Virgo à Patre servatur I. Corintb. VII. sunt & qui seiplos  
„propter Regnum coolorum exsecant, aliis præstantiores:  
„nam primi quidem naturæ beneficio aut maleficio, non  
casti-

ADVERSUS CONJUGIUM EUNUCHI. 59

castitatis affectū aut studio nuptias aversantur: secundi<sup>c</sup>  
virginitatem coacti servare, hanc integratam non sui<sup>c</sup>  
esse meriti verū se observantium satis indicant. At ter<sup>c</sup>  
tii, cū neque naturæ ad castitatem tuendam nitantur<sup>c</sup>  
auxilio, nec ab hominibus, quorum sub ditione sint, vel<sup>c</sup>  
præmiis allecti, vel violentiā serviati detentique ad virgi-<sup>c</sup>  
nitatis sese certamen exerceant, cujus servandæ causā<sup>c</sup>  
conjugium mundumq; contemnunt, toti de regno coelo-<sup>c</sup>  
rum pendent ad quod & laboribus glorioſis adſpirant,<sup>c</sup>  
spiritualis gratiæ instinctū abſcissi & præcipuum ac singu-<sup>c</sup>  
lare opus propriis non alienis virib; exercentes. H. f.<sup>c</sup>  
Quod vero Mollibus & Mulieribus frictricibus similes esse 92  
volunt Eunuchos, ut proptereā eorum conjunctionem  
mollitem potius quam conjugium appelles, in eō petitur  
id, quod in principio erat quālitum; ſupra enim contra-  
rium oſtentum & infra ſuo loco adhuc quādam addentur.  
Nec etiam videmus, perinde Eunuchos coēentes puniri, 93  
ac Frictrices, quas pro diversitate delicti (quod tacere præ-  
ſtat quam exprimere) modō poenā ordinariā capit, modō  
arbitriā gravi tamen affici volunt. J. Bapt. Fragosus de  
Regim. Reip. Christian. in part. 1. lib. 2. Disp. 4. §. 18. n. 237.  
& Jul. Clarus in lib. 5. ſentent. §. fornicatio n. 28. Sed ita  
potius concludimus: Eunuchi cum puella conjunctio rite  
inita non est stuprum, non meretricius congressus, non  
concubinatus, non incestus&c. Ergo est verum Conjugium,  
vid. d. tr. de Conjug. Eunuchi. p. 116.

Canones quod concernit, non quidem cum Cyne 94  
Pistoriensi ſimpliciter profitabor: Jus Canonicum plenum  
effe erroribus apud Duaren. in prefat. de S. Ecclef. minif. &  
benef. Id tamen expeditum eſt, canones diversis & inter 95  
ſe malè coharentibus ſententis quandoque conflictari

H 2

affe-

## 60 CAP. III. EXAMEN RATIONUM

asserente Hyeronimo Balbo, Episcopo Gurcensi in lib. sing.

96 de Coronatione cap. 6. Maximè autem priorum Pontificum Epistolas ac conciliorum canones maleferiatos quosdam si non primùm finxisse, fictas saltem nänias ementito antiquitatis titulo in publicum protrusisse, apud Doctos dubio amplius caret. Quippe Epistolæ illæ, quæ eorum Pontificum, qui ante Siricium vixerunt, nominibus, collectione quādam Decretalium Isidori titulo hodiè circumferuntur, post tempora demum Caroli M. orbi obrudi cœperunt, quod. & ipse Baronius confiteri tenetur ad Ann. 865. &

97 tom. 2. Annal. ad ann. 102. secl. 7. Quoniam tamen spontaneo ac liberrimo Principum consensu passim hoc jus est receptum, Sixtin. de Regalibus lib. 1. c. 4. n. 118. & merito, quatenus verbo divino non est contrarium Matth. Stephani de Juris dict. l. 3. p. 1. c. 3. n. 23. Brunnem. in paratil. ad Wesenbec. t. d. J. & J. quest. 18. Inde in non paucis casibus atque quæstionibus controversis & cum primis in matri-

98 monialibus legimus hujus Juris vestigia. Textus itaque ex hoc jure pro stabiliendâ adversus Eunuchi matrimonium opinione adductos si inspiciamus, de frigidis & impotentibus ibi agi non de Eunuchis, obscurum haud esse potest. Ceterum etiam hâc de re Jure Pontifico diversas fuisse sententias, diversaque decreta ex C. 2. de Frigid. & Malef. constat; hanc tamen obtinuisse consuetudinem, ut quâ quis uxore potiri non possit, vel suo vel uxoris vitio, propterea eam tamen non dimitteret, sed retineret ut sororem, liquet ex C. 2. 3. 4. eod. tit. confer. Cujac. ad t. de Frigid. &

99 Malef. Decret. Greg. IX. post. tom. 3. oper. p. 308. Tandem Sixti V. Bulla ad quam Frater Urbanus ab ascens. Carmelit. part. 2. Inst. Jur. Can. cap. 7. §. 6. & Henricus Henriquez in tom. 1. summæ Theolog. Moralis lib. 12. de imped. matrim. cap. 8. provocant,

## ADVERSUS CONJUGIUM EUNUCHI. 61

vocant, quod is generaliter sua constitutione declaraverit,  
spadones sive Eunuchos utroque testiculo privatos, esse &  
semper fuisse omnino matrimonio inhabiles etiam sciente  
& consentiente foemina; à multis, etiam Pontificiis forte  
studio ignoratur. Sic Henr. Canilius lib. 2. Instit. Jur. Can.  
tit. 15. in not. postequam matrimonium Eunuchi eō casū  
quod erigere possit & immittere in vas debitum mulieris,  
etiam si sine semine fiat, cum Navarro approbat, inque  
contrarium supra citatum Henriquez ad Bullam Sixti V.  
provocantem allegasset; Verum, inquit, bacchanus videre  
non licuit eam constitutionem, ut inde certiorem sententiam  
potuissim elicere & lectori proponere. Proponit tamen eam<sup>100</sup>  
Parladorius inter quotidianas differentias. Diff. 8s. §. 2. ubi  
Sixtum V. Rescripto ad Hispaniarum Legatum sive potius  
Nuncium Apostolicum Episcopum Navarrensem ita causam  
hanc decidisse refert, que autem bis premissa sunt supr. in  
fin. rationum pro matrimonio Eunuchi vidimus. Frater  
nitati tuae per praesentes committimus & mandamus, ut  
conjugia per praedictos & alios quoscunque Eunuchos &  
spadones utroque teste carentes cum quibusvis mulieribus  
defectum praedictum sive ignorantibus sive etiam scientibus  
contrahi prohibeas eosq; ad matrimonia quomodo cunq;  
contrahenda inhabiles auctoritate nostrâ declares. Quibus  
reliqua Sixti tom. 2. Bullarii Rom. ad An. 1586. subjungenda:  
Et tam locorum ordinariis, ne hujusmodi conjunctiones  
de coetero fieri quomodo cunque permittant, interdicant  
quam eos etiam, qui sic de facto matrimonium contra-  
ixerint, separari cures & matrimonia ipsa de facto con-  
tracta nulla irrita & invalida esse, decernas. Eos etiam qui  
sic jam contraxerunt, si appareat, illos non ut castè simuli  
vivant, contraxisse sed actibus carnalibus & libidinosis operam

H 3

dare,

„dare, simulve in uno & eodem lecto cum predictis mulieribus  
 „dormire convincantur, omnino similiter separari cures. Nos  
 „enim ita in promissis & non aliter per quoscumq; judices  
 „& Commisarios quacunq; auctoritate & dignitate fungen-  
 „tes, sublatâ eis & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi &  
 „interpretandi facultate in quâcunque causâ & instantiâ  
 „judicari & definiri debere, & si secus super his à quoque  
 „quâvis auctoritate scienter & ignoranter attentatum for-  
 „san est hactenus, vel attentari in posterum contigerit,  
 „irritum & inane decernimus. Non obstantibus cujusvis  
 „Civitatis, Provinciæ aut Regni statutis, legibus Municipali-  
 „bus aut consuetudinibus, quæ abusus potius & corruptelæ  
 „censendæ sunt, etiam si ab immemorabili tempore obser-  
 „vatae dicuntur, coeterisque contrariis quibuscunque.

Verum ad hanc Bullam Papalem id respondemus, quod  
 ratione qui toti Juri Canonico, quod in terris Ecclesiæ Romanae  
 ferè à solius S. Pontificis pendet potestate, iu casibus verbo  
 divino contrariis opponere solemus. Videlicet, non in totum  
 recipi Canones, sed quatenus res in eo propositæ juris natu-  
 ralis & Divini vestigia imitantur. *vid. Hunnius de Auct. J.*  
*Civ. & Can. cap. 14.* Plus enim mali ab illo jure enatum  
 esse, quam boni, asserere non dubitavit Conringius de  
 „Origin. Jur. German. c. 26. Nam ex hujus juris canonibus  
 „& decretis didicimus Christi Patrimonium esse Regna,  
 „opes ac possessiones; sacerdotium Christi & Ecclesia Pri-  
 „matum esse imperium; Gladium Christi esse potestatem  
 „temporalem, Episcopos esse Ecclesiæ non ministros modò  
 „sed capita: bona Ecclesiæ non modò Doctrinam Evange-  
 „licam, ardorem fidei, contemptum mundi sed vestigalia,  
 „decimas, oblationes, collectas, purpuram, mitras, aurum,  
 „argentum, gemmas, prædia, pecunias; & summi Pontificis  
 esse:

CONTRA CONJUGIUM EUNUCHI.

63

esse: gerere bella, dissolvere foedera, solvere i[n]ramenta“  
absolvare ab obedientia & domum orationis facere spe-“  
luncam latronum &c. Cornelio Agrippa Judice de Vanie.“  
Scientiar. cap. 92. Unde Beatus Lutherus: Das geistlicheroz  
Recht ist/ wie alle Juristen sagen/ ein Buch voller Unflats/  
das nach Geld stinket. ap. D. Heinric. Linkens in Discurs  
pralim. de Jurib. Temporum pag. 9. quatenus scilicet ea, quæ  
Sacris Scripturis adverba sunt, ac non nulla futilia in eō  
comprehenduntur, quam etiam ob causam hujus juris ex-  
equias apud Wittebergenses, contradicentibus cum pri-  
mis ICtis Henningio à Gæden & Hieronymo Schurffio, fieri  
voluit. Multa enim alioqui etiam in eō contineri à Prin-  
cipibus Protestantibus jure merito recepta, nemo ambigit.  
Sed & quis non videt, multorum recentioris ævi Pontifi-  
cum Romanorum constitutiones atque Decreta ejusdem  
esse farina, quorum si substrata materiæ ratio admitteret,  
longum adducere possemus catalogum, in quem hanc etiam 103  
Sixti V. conjicimus, Bruto suo Fulmini adversus Henricum  
Navarræ postea & Galliarum Regem itemque Henricum  
Borbonum Principem Condæum quondam emissio ob irra-  
tionabilitatem suam non absimilem, quippe non solum  
contrahenda Eunuchorum matrimonia prohibet, sed &  
contra facta rescindi jubet; Illud dum facit, extinctionem  
libidinis in vas indebitum mitti mandat, adulteriis &  
for-  
nicationibus ansam suppeditat, h[oc] verò sacerdotalem  
benedictionem derisoriam reddit, contra Divinum effatum:  
Quos Deus coniunxit, homo non separet. Imo vel ideo,  
quia constitutio ista & rationibus destituta & contra bonas  
rationes data vim atq[ue] robur legis universalis habere nequit.

Juris autem Civilis dispositionem si lusremus, & primò 104  
quidem L. Julianus de maritandis Ordinibus ea Ann. 735. à C.

Julio

## 64 CAP. III. EXAMEN RATIONUM

Julio Octavio Augusto juxta Franciscum Hotomann. in lib. sing.  
de Legib. Pop. Rom. lit. 7. lata ex his inter alia consistebat

capitibus: *Ut omnes Cives Romani viginti annis maiores uxores  
sponsas de haberent: ut qui liberos, quos in potestate haberent,  
injuria prohibuerint uxores ducere vel nubere, à Magistratu  
cogerentur in matrimonium collocare & detare: ut nuptie  
essent fecundæ: ac propterea; ne quinquaginta annis minor  
sexagenario nubaret, neque Vir hac etate junior quinquage-  
nariam uxorem duceret.*

Hocque etiam L. Papiæ Poppæa de  
procreandis liberis, quæ M. Papini & Qv. Poppæum auto-  
res habet, cautum fuisse, idem refert Hotomannus lit. P.

Erat nimurum exhausta cædibus atque bellis civitas, ut itaq;  
sobole iterum repleretur, & Respubl. hominibus abundaret,  
fertilia desiderabantur conjugia, quod fieri non poterat, si  
vel Vir ad generandum idoneus fœminæ effœtae, quæ  
concipere & parere amplius nequiverat, vel, vice versa  
jungeretur.

Quam tamen postea prohibitionem sustulit  
Imperator in l. 27. C. de nuptiis. Confer, Ant. Augustin. d.

LL. Sct. p. 77. Alber. Gentil. de Nupt. hb. s. c. 3. vid. quæ in  
Disp. nostr. de Insigniorib. Jur. Matrim. capitibus esp. 3. n. 2.  
& seqq. adduximus. Ac propterea à L. Julij & Papiæ Pop-  
peæ prohibitione argumentari velle ad Eunuchorum con-

nubia, inconveniens esse judicamus. Ulpianus autem in L.

39. §. 1. de Jure dotum asserto nostro non obstat; si spadoni,  
inquit, mulier nupserit, distingueendum arbitror, castratus  
fuerit nec ne; ut in Castrato dicas dotem non esse, in eo, qui  
castratus non est, quia est matrimonium & dos & dotis actio-

ioset. Ex eō enim evidens est atque manifestum, Franci  
Connano Interprete hb. 2. Comment. J. Civ. c. 15. n. 9. non  
omnem spadonem à Jure connubiorum excludi, sed tan-  
tum castratos, scil. qui ne experiri quidem valent aut tentare,

quid

quid in hoc genere possint, illos verò, quibus tantum testes  
desunt, aut evulsi aut attriti, quia non omnino ad res vene-  
reas inepti, sed iis operam dare possunt nullā licet sobolis  
spe, non prohiberi, quò minus matrimonia contrahant. vid.  
Connan. d. loc plurib. Inde per eandem l. 39. Cujacius post. 109  
tom. 3. oper. p. 308. ad tit. de frigid. & malef. probat. Jure Civ.  
Spadones matrimonia contrahere posse, licet subjiciat, quia  
non est spado omnino extra spem procreandorum libero-  
rum, cui peculium est salvum. Nobis tamen cum Connano  
sufficit, ad id, ut matrimonialis conjunctio locum habeat,  
quod spes licet prolis adempta, actus tamen matrimonii non  
prorsus desit. Eleganter Parladorius, dum rationē dat diffe-  
rentiæ, cur spado uxorem ducere possit, castratus non item:  
Mihi, inquit, si inter tot tantosq; Viros sententiam dicere li-  
cet, illa verior videtur esse ratio, quia castratus, ut qui totis  
careat genitalibus, penitus ad rem Venereum inhabilis sit,  
at spado, quanquam generandi non habeat potestatem, quia  
tamen coēundi habet, non omnino ad rem uxoriām inhabi-  
bilis est. Igitur castratos tanquam ad rem venereum peni-  
tius inutiles pro nihilo habuerunt leges, quod ad maritalia  
jura attinet, at spadones, quia coēundi habent potestatem, et si  
illis generandi desit potentia, non omnino despixerunt jura,  
quia scilicet hanc generandi potentiam, tanquam ab occul-  
to naturæ genio dependentem sui juris non esse judicarunt,  
sed naturæ. in quotid. differentiis diff. 85. §. 1. n. 1. -- 6. Ex di-  
ctis etiam de vero l. 14. ff. de manum. vind. sensu constare,  
arbitramur. Leonis autem Imperatoris cognomento Phi-  
losophi Novellam 98. tanti non esse momenti existimans, ut  
propterea ab allegatis rationibus ipsiusque Juris Civilis dispo-  
sitione abeundum sit, is quippe ingenii & Philosophiae, quā  
nonnunquam abusus, fiduciā non raro temerè quadam cor-

rexit ac mutavit, unde etiam *Albericus Gentilis* Novellas Ejus negat authenticas, quod multa contineant absurdia, impia, ridicula & superstitiosa, vid. *Hunnius de Auct. J. Civ. & Can.*

c. 6. Quamobrem tantum abest, ut aliqua earum apud nos sit auctoritas, ut nec aetate ejus unquam obtinuerint, ait *Cujacius lib. 17. obs. 31.* nec postea in Germania aliis Regionibus vim Legum habuerint. *Hieronym, Brukner. in decis. Matrim. cap. XI. n. 31. p. 422. Conf. sapius alleg. Theol. nostrae Facult. Respons. p. 98. & seq.*

112 Ad II, quâ urgetur, consueta benedictionis verba *Crescite & multiplicamini non sine Ecclesiæ ludibrio à sacerdote hoc in casu adhiberi;* *Respondemus:* quod in præalleg. Disp. nostra c. 3. n. 7. regessimus, ubi dubitatio eadem circa matrimonium senum atque decrepitorum sublata, nimirum benedicendi hanc formulam circa sacram matrimonii initiationem non precisiè requiri ut finem, sed adhiberi in piam *Divine & prime institutionis memoriam* ac propterea etiam

113 ann. 1666, mense Jun. cum Hamburgi in æde sacrâ D. Catharinae foemina LXXVI. annorum Catharina Bolters matrimonio jungeretur Masculo XX annorum, formula ista non

114 prætermissa; Nec sequitur conjugium à Deo institutum est propter sobolis procreationem, E. quando casu aliquod impediti hunc finem non assequuntur, commixtio eorum est contra ordinationem Divinam & ipsi naturæ adversa. Planè *Ludovicus Dunte in Casib. Conscient. p. 803.* Darzu ist/ inquit, vornehmlich der Chestand geschaffen/ daß eines des andern Gehülfse seyn soll; Adam sollte arbeiten/ Haushalten/ regieren/wann er auch in seiner Unschuld blieben wäre. Solches würde ihm zu schwer werden seyn: darumb hat ihm Gott eine Gehülfen geschaffen; und das ist finis primarius matrimonii, daß eines des andern adjutorium und Gehülfse sey/

sen/ Gott den Schöpfer zu erkennen/ ehren und anzubachten/ auch zu arbeiten und Hauszuhalten/ und ist also fürnehmlich der H. Ehestand eingesehet/ daß die beeden Chelente zusammen Gott erkennen sollen. Und hierauff spricht er allererst: Wachset und michtret euch. Seyd fruchtbar und füllet die Erde. Es ist aber offenbahr/ daß nicht alle Menschen fruchtbar seyn und die Erde füllen/ das ist/ Kinder zeigen; daranw dann folget / daß der Mensch nicht *principalissime* darumb von Gott in den Ehestand gesetzet / daß er auch Menschen zeigen soll. Der Ehestand ist ein mysterium, dadurch Christi Ehe und Liebe vorgebildet ist/ welche da nicht besteht in Kinderzeigen/ sondern in herzlicher Liebe und Gemeinschaft. -- Fruchtbarkeit macht keinen Ehestand/ wie Unfruchtbarkeit keinen auflöstet. Et sanè, si ex his verbis benedictionis necessitas procreandæ sobolis colligenda, vel ea forte in sterilium conjugiis omittenda, neque illa verba, quæ agri spinis & carduis referti mentionem faciunt, adhiberi possent in nuptiis ejus, qui agricola non est. Hochmann. de benedict. nupt. cap. 4. §. 29. Itaque quamvis non in omni conjunctione maritali illa per prolem incrementum atque multiplicatio in effectu obtineri queat, sufficit tamen quod alia preces atque vota pro incolumitate, prosperitate & cordia fieri atque nuncupari possint.

III. Finis matrimonii principalis an sit liberorum pro- 115  
creatio, dubium redditur a nonnullis, quod & ex iis, quæ ex Ludovico Dunte modò allegavimus, constat. Nos cum illis facimus, qui plures matrimonii fines statuunt, eosque non subordinatos sed ultimos; procreationem sobolis, mutuum adjutorium & evitatem fornicationis, pro qualitate videlicet subjecti, ut supra suo loco diximus & ex B. Luthero ex Comment. ad Genes. 24. tom. 9. Altenb. p. 697. demonstravimus, ubi in-

ter alia hæc habet; Secundus gradus eorum est, qui uxores ducunt vitandæ fornicationis gratiā. *Non aversantur aut oderunt prolem, sed principalis eorum finis est, ut castè & pudicè vivant.* Nimirum prout in matrimonio senum principalis finis est, mutuum adjutorium, *vid. Disp. nostra Matrim. ante alleg. cap. 3. n. 16.* ita præter hunc alias quoque concupi-  
 116 scientiae videlicet remedium obtinet in Evnacho. Novi qui-  
 dem, *Præfulem Hipponeensem Augustinū l. 9. de Genes. ad Lit. c. 3.* mutuum adjutorium non absolutè finem dicere, sed in respectu ad usum conjugalem in generatione & educatione; si autem, inquit, quæritur, ad quam rem fieri oportuerit hoc adjutorium, nihil aliud probabiliter occurrit, quam propter filios procreandos. Verum idem postea *lib. de bono conju-*  
*gali c. 1.* Poterat, inquit, esse in utrōque sexū sine tali com-  
 mixtione alterius regentis, alterius obsequentis amicabilis quædam & germana conjunctio *conf. cap. 3. ibid. vid. alleg.*  
 117 *Differ. d. c. 3. n. 23. & seqq.* Id autem durum est, quod Beza di-  
 cit: *borrendò quôdam modō plurimos homines ex hac conjun-*  
*tione perdi, semen muliebre ab ejusmodi Viro inutile reddi,*  
*hunc pro homicidâ debere haberri?* Quis enim non videt, illud exinde inconveniens sequi: ejusmodi etiam conjugem, qui sterilis cum fœminâ hujus sterilitatis non ignarâ matrimonium contraxit, ex paritate rationis debere haberi pro homicidâ, cùm si subiecto per omnia bene disposito fœmina secunda aptaretur, hanc conjunctionem sobolis procreatio  
 118 exciperet. Nec est, quod *Hebrei* dicunt, illud *Crescite &*  
*multiplicamini non se per modum benedictionis tantum,*  
*sed & imò magis per modum mandati ac præcepti habere;*  
*Resp. 1.* Hoc nos fateri de Veteri Fœdere, non item de Novo. Cum adhuc radix mundus & inanis est, copiâ foecunditatis generamur, propagamur & crescimus ad humani generis augmen-

augmentum; Cūm jam refertus est orbis & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more viventes castrantur ad Regnum *ait Cyprianus in lib. de disciplinā & habitu Virginum in fin.* Vid. supr. Ratio. i. pro Conjug. Evnuchi. (2) Longè ab invicem differre: *Non uti re aliquā* 119 *& usum rei naturalem subverttere.* Sive: aliud esse, usus rei intermissus & usus rei contrarius, *vid. Auctor. tr. de Principiis Justi & Decorī p. 30. & seq.* vel ut alii: diversa esse, *finem Conjugii non asequi & fini Conjugij illico modō adversari;* hoc est culpabile, istud non item. Nec obstat, si cum Vigilantio objeceris: si omnes Virgines fuerint, nuptiæ non erunt, interibit genus humanum? *D. Hieronymus* huic potius illudit, quām respondet: *Infantes non vagient in cunis, obstetricices absq; mercedibus mendicabunt & gravissimo frigore solus atq; contractus Dormitanus vigilabit in lectulo: hoc enim modō si omnes te cum fatui sint, sapiens quis esse poterit?* De. 121 votē *Augustinus de bono conjugali* cap. 10. objicientibus: quid si omnes velint continere, unde subsistet genus humanum? *Utinam, regerit, omnes hoc vellent, duntaxat in charitate -- multò citius Dei Cītās completeretur & acceleraretur Terminus seculi,* ap. Cl. Espencaum, lib. 5. de contin. cap. 6. p. 632. Nam 122 istæ voluptates duæ gustus & tactus, id est, libidines in cibos atque venerem prodigæ, solæ sunt hominibus communes cum bestiis, & idecō in pecudum ferorumque animalium numero habetur, quisquis est his ferinis voluptatibus prævenitus Aul. Gellius lib. 19. Attic. Noct. c. 2. Quod & Plato de Rep. & in Phædro seu de Pulcro statuit, ubi eos, qui libidinibus rei Venere& & gulæ involvuntur, pecudibus comparat. Cāte. 123 rūm istam Beckmanni distinctionem, quando quārit: an Conjugiū per istud crescere sit præceptū, facile sustineri posse censeo: scil. inter obligationē respectū totius communitatis ho-

## CAP. III. EXAMEN RATIONUM

minum & respectu singulorum, adeoq; obligationem ad con-  
jugiū non tam individua singula afficere quām totius speciei  
conservationem; perinde ac agriculturæ exercitium totum  
humanum genus obligat, non singulos ex hominibus *in Polit.*

124 *Parallel. cap. 7. §. 1.* Quod verò in ratione adversus ma-  
trimonium Evnuchi *tertiā* dicitur: Matrimonium esse Viri  
atque mulieris conjunctionem, Evnuchos autem non Viros  
esse, sed Semiviros, eviratos, emasculatos; ad id *Resp.* hāc eos  
appellatione insigniri, quia non omnia, quæ Virorum sunt,  
præstare vel saltem non in effectu ritè perficere possunt;  
Sufficit autem quod rei Venereæ iudulgere, de quibus tan-  
tum sermo nobis est, non prohibeantur, adeoq; non omni  
virium defectu laborent.

125 IVtam à nobis vel maximè negari, ex iis, quæ jam dixi-  
mus, oppidò liquet. Quippe vel idè, quoniam carnis ten-  
tationes experiuntur, invidendum iis non est, quò minus  
remedio adversùs insurgentes corporis voluptates utantur, &  
libidines carnis per honestam conjugalem concubitum ex-  
pellant. Nam scintillæ carnis corruptæ primæque labis ante

126 omnia in iis pullulant. Quam in rem *Tostatus Abulensis*  
*Tom. 3. Comment. in Matth. XIX. queſt. 59.* Si autem, inquit,  
ſoli teſticuli abſcifſi fuerint, non auferuntur deſideria: imò  
ſunt valdè magna, in quibus peccare poſſunt. Etiamſi non  
tolluntur omnes actus. Poſſunt etiam qui tales ſunt, facere  
comiſſionem ſexuum, ſed non comiſſionem ſeminum: teſ-  
ticuli enim adjuvant ad effuſionem ſeminis, extendendo vias  
expondere ſuo vel alias, & idè caſtrati, quibus virga manet,  
fortes tentationes patiuntur, quas non explent; ſed poſſunt de-  
127 florare quamcunq; mulierem, nullam tamen impregnare: Huc  
omnino faciunt iſta *Basilii ad Simpliciam* in ſapius comme-  
moratā

## CONTRA CONJUGIUM EUNUCHI.

71

morata epist. 87. Qui, inquit, non habet, unde, quod intus titillat & prurit, evacuet, vix extinguit ac remittit tentiginis aestum ac vigorem, donec eum rabientem nifus & fatigatio, ut ferunt, exsolverit. Attestantur his non solum natura ratio, sed & vita experientia, referente Rerendo quodam & canis & annis Sene, confessam sibi esse mulierem, cum Evnicho, cui à Viro fuerat commissa, ausam hoc securius rem habere, quod minus præ illius sterilitate conceptoram se confisam. Et alio per æquè verace, Virginem quandam Ecclesiæ Canonicam ei cum la. crymis agnoscisse, cubicularē ei Evnuchum vitioso affectū complexū; totum toti affsum, cum non habentem, quo cupiditati fasis faceret, dentibus uti solitum, ferventem ita in carne rabiem mortu indicantem; eam verò castrationis velut escā, quod rei inexperta esset, tentatam implicatamq; nefarios ejus Viri conatus expertam simul & aversatam ac pluribus lamentatam. -- Sit enim licet Evnuchus, Vir tamen natura est. Et bos cornutus, sublatis licet cornibus non sit equus, bos adhuc est, & animo cornupeta, cervicem saltem inclinans, & caput ad ferrandi impetum formans, eā scœpe parte ferit, quā cornibus ante armatus fuit: sic indignationem & iram actus imaginatione explens, non quasi casto vulnere ferretur ac percuteret, sed ut prius scinderet ac dirumperet. Sic mas, abscissis licet genitalibus, mas naturā remanet, mulier horum abscissione non effectus, ad actum se fecundatis nihilo componiſſeris, amorem spirat, ad amplexum, concubitum rabiemque glificet atq; fervet, etiamſi eā parte foemina turbulentus incumbens non corrumpat, tamen quasi corruperit & libidini satisficerit, sic hujus sceleris afficitur imagine: mulieris totum quidem animum violans sed & corpus ad ejus corruptionis actionem vchementius stimulans. H. I.

Ad V. Metendum nimurum esse, ne foemina ad adulterinos invitetur complexus. Respondeo: hoc non fieri per se ex hac cohabitatione sed ex accidenti. Et dum nemo non bonus bonave presumitur, etiam de his conjugibus idem dicendum esse existimo. Sufficit enim, quod tale matrimonium ad castę vivendum ineat. Basilius Ponce in tr. de Sacram. Matrim. lib. 7. cap. 62. n. 6. Et pīe, quæ tum coram cœtu Ecclesiastico pro noviter nuptis circa initiationem funduntur preces, quasq; ipsi pro salute suâ mittunt, Dei O. M. gratiam praestolantur & afflentiam. Ac propterea illud Clementis Alexandrini: non coire ad procreationem, esse, facere injuriam natura; itemque Augustini: Libero-

72 CAP. III. EXAM. RAT. CONTRA CONJUG. EUNUCHI.

berorum præcreandorum causâ marem fœmitiamque conjungi, cum grano salis accipienda ac de *subjectis tantum habilibus* intelligenda. Nec magis pro lascivo & procaci congressu horum cohabitatio habenda ac Mariti sterili ad rem tamen Venereum non omnino inepti cum Conjuge succiplenâ & fecundâ. Dominus Bruckner, *in Decisi. Matrim. c. 9. p. 427. n. 4.*

129 Ad VI. & ultimam tandem: Et hoc inficias ire non veremur, quin potius nihil obstare, quod minus mutuum adjutorium in hoc conjugio locum habeat, indubitanter asserimus. Nec enim curam domesticorum officiorum eos *tantum intendere*, sed & omnino de remedio contra vagas libidines & pravarum cupiditatum flamas sollicitos esse & vice versa, supra diximus. Et cum nuptiarum bonum in quibusdam saltem sit humanitatis solatium, *juxta Augustin. de bon. Viduitat. c. 8.* Evenucho idem largiamur; qui præterea movetur concupiscentiae carnalis affectibus, licet defutatur carnis effectibus. Idem *in lib. 6. contra Julian. c. 4.* Ut verò incontinencia dono, quod hi conjugib⁹ negat Beza, crescant & inclarescant, in humilitate ardentissimis precibus yacent ac sobrietati studeant. Non minus eleganter ae piè quidam Odo *in tom. 2. spicilegii Veter. script. ap. Luc. d' Acherium p. 547.*

Magna, inquit,  
est certè & pulcherrima virtus castitas, si tamen cum castitate teneatur humilitas. Alioquin de solā castitate Deo placere non possumus, nisi etiam cum castitate humilitatem veraciter habeamus. Imò plerumque magnos tentationum assultus castitas patitur, idcirco, quia superbia de corde non expellitur. Si igitur de castitate vis esse securus, esto in humilitate fundatus. *Et paulo post:* Bonum est etiam ei, qui castitatem custodiare desiderat, ut in cibo & in potu sobrietatem teneat, & orationi frequenter insistat. Postquam enim Diabolus naturalis concupiscentia ignem ciborum adfectione paululum ardore conspicit, continuò in semetipsō spiritum nequitiae colligit, & ad ascendendum concupiscentia ignem toto conatu flatum tentationis emitit. *Et ideo bonum est, ut ignis concupiscentia aquâ parsimonice extinguiatur, & Diaboli flatus orationis spiritu repellatur.* H. I.

---

Mendis ita occurras B.L. p. 37. lin. 14. leg. illi, p. 38. lin. 2. leg. accedere, lin. 3. leg. & pollutiones, *ibid. pro ex;* & lin. 11. leg. Bullam, lin. 18. leg. arcebuntur. lin. 23. affundere, p. 39. lin. 6. quim, lin. 20. leg. Caus. p. 40. in fin. leg. mollia. Reliqua pro tua benevolentia corrigas.

Königsberg, Diss., 1686-94





**Farbkarte #13**



B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

JURIDICA,  
ONUM  
ORUMVE  
IM PRIMIS  
EORUM,

1694, I

X. 24

Geyrath.

R  
SIDIO  
BERENT,  
POTENTISS.  
NBURGICI JUDICII  
ISILIARII.

ntilationi submittit  
us Meisselbach /  
russus.

O MAJORI  
anno M DC XCIV.

REUSNERIANIS.